

A Arifnoe Niocrotis Salaminiorum regis F. in faxum muta- tur quodannis semel linguli ad aliquot dies effici lupi, & rufus in pristinum habitum redire. Herod. lib. 4. Bonif. lib. 1. Deo. 1. Nervos vocat.

Statuas falis.

Uxor Loth, conflagrament patriam curiosè respiciens contra Angelorum edictum in statuum falis conversa est. Genes. cap. 19.

* Idque in monumentum quoddam inobedientia, atque incredulitatis illius, simulque iustitia, ac vindicta divina. Mansit autem ea statua usque ad tempora Iosephi, eisque meminit Borcharas in descript. Terræ sanctæ par. 1. cap. 7. Somniant autem Judæorum Rabbinii, dum afferunt id eò hanc metamorphosin factam à Deo, quod uxor Loth in odium hospitalitatis recusasset, pridè apponere falem marito prandenti cum viris qui ad eum venerant. Melius Aug. 1. 16. Civit. c. 30. Qui eam in statuum falis conversam asseruit, ut hominibus praberet condimentum, quo fapiant aliquid, quo illud caveatur exemplum. Illud utroque docuit Saluator, Lucæ cap. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, servus est regno Dei: id eoque alio loco, Lucæ cap. 17. dicit, Memores estote uxoris Loth. Videatur Rupertus lib. 6. cap. 10. Comment. in Genes.

Anno 1348. octavo calendæ Februarii, in Norico, quâ Pannonia, Illyrico, Dalmatica, Carnis, Histriaque continuatur, maximè terræ motus exortus, continuè durabat, nec ante dies quadraginta sistebatur, varièque terra quatiebatur, miraque edebantur operas: Moravia, Bavaria superior sensit: sex, atque viginti urbes, & castella profrastra esse, in acta ejus anni relatum est. Homines cum pecoribus interierunt, menia, templa, ædes subverfa sunt, totæ urbes corruerunt, montes abrupti cladem insuper eam auxere. Nam duo montes concurrerunt, uribus devoratis, agrorumque tractu hausto, villa clifæ, animalia pernulta, quæ intra fuerant, exanimata sunt. Hiatus subsecutus partim remansit, partim cuncta forbit, ita in ducto solo, ut nulla vestigia extarent. Quinquaginta amplius Homines, Russias item mulgentes cum vaccis extinctas diriguiffe, & corpora à spiritu terreno in salarias statuas redactas apud Charinos: hæcque simulachra sibi, & Cancellario Austriaco conspèda esse, refert Conradus de Magdenburg, illius ævi Mathematicæ. refert Joan. lib. 7. Annal. Bojorum.

FORMA HOMINIS MUTATA.

Metamorphosis, seu transformatio humane formæ in quamvis aliam inferiorem, sive humane per functiones humanas sese exerentis ablationem species, ad locum Mortis pertinet. Sin vero simplicem formæ mutationem perpendas, quam vel propria voluntate vel magica libidine mutat, hujus erat loci. Inter Magica miracula titulus quoque recensetur, Formæ mutatio, Nempe quod illic Efficientis, hic Patientis habetur ratio.

IN SAXA.

Cùm Apollo, & Diana Nobiles filios interemissent: Jupiter omnes Homines in lapides per novem dies convercit, ac decimo die priori formæ restituentis permisit, ut illi sepelirentur. Natalis Comes Mythol. lib. 6. cap. 13.

IN BRUTA.

D Evanthes inter auctores Græciæ celebris, tradit, Arcadas scribere, ex gente Antæi cujusdam forte familie lectum ad stagnum quoddam regionis ejus duci, vestitumque in quercu suspensum tranare, atque abire in deserta, transfigurarique in lupum, & cum cæteris ejusdem generis congregari per annos novem. Quo in tempore si homine se abstinerit, reverti ad idem stagnum, & eum tranaverit, effugiem recipere, ac pristinum habitum, addito novem annorum sentio, ait quoque Fabius, eandem recipere vestem. Mirum est, quò procedat Græciæ credulitas. Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat. Itaque Agricopas, qui Olympionicas scripsit, narrat, Demænetum Pharrhatium in sacrificio, quod Arcades Jovi Lycoæ humana etiam tum hostia faciebant immolati pueri extra degustasse, & in lupum convertisse eundem decimo anno restitutum athleticæ, certasse in pugilatu, victoremque Olympiæ reverfium. Plin. lib. 8. cap. 22. Aug. lib. 18. de Civit. Dei, c. 16. ex Varrone.

Neuri Scythiæ populi, fontium Borythenis accosæ, ferunt, tur quotannis semel linguli ad aliquot dies effici lupi, & rufus in pristinum habitum redire. Herod. lib. 4. Bonif. lib. 1. Deo. 1. Nervos vocat.

Vincetius lib. 16. Hist. scribit in pudicam scemnam, in quam amore vesano exarferat Ægyptius quidam, à malefico in equam versam, & à D. Macario Ægyptio eremita restitutam.

Refert Vincent. in Spec. nat. lib. 3. c. 109. & Gulielmus Mal. mesburienfis monachus, in sua historia, tempore Petri Damiani fuisse duas vetulas in via publica, quâ Romam itur, quales Aug. lib. 18. de Civit. Dei, c. 8. appellat stabularias, id est, transeuntes ad hospitia pro mercede suscipientes (nam stabulum propriè hospitium venale, & publicum dicitur) quæ in uno commorantes rugurto, una quoque arte malefica imbutæ fuerunt, vel asinum mutabant, & certo precio mercatoribus vendebant. Quodam die Juvencum histronis gesticulationibus vitium exigentem, hospitio exceperunt, & in asinum verterunt, multum eo lucrificantes, qui gestuum miraculo discerneret, transcentes: nam ad anus mandatum, nutumque quocunque movebatur: non enim illi intellectus perierat, sed loquela. Ingentem inde questum fecerat vetula. Quo cognito, vicinus carè asinum redemit. Cautio nam hæc à mulieribus adhibita est, ut custodiatur, ne in agram descendere, servus diu ab aqua, & tandem incautiorem nactus custodem, in lacum proximum se coniecit: ibi se aliquandiu volans, propriè restituit formæ. Cumque ab eodem ovibus sciscitaretur ejus cunctos, num asinum vidisset: ille se esse respondit. Famulus ad herum retulit herus ad Leonem Pp. sanctissimum. Convicta anus idem fatetur. Dubitantem Papam confirmavit Petrus Damianus, vir eruditiss. prolato exemplo de Simone mago, qui suam Fastinianam imaginem impreferat.

Quidam nomine Præstantius inquit D. Augustinus loco paulò ante citato Patri suo contigisse indicabat, ut venenum illud per caseum in domo sua à stabulariis illis mulierculis exhibitum sumeret, & jaceret in lecto suo quasi dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies G. quos velut evigilasse dicebat, & quasi somnia enarrasse, quæ passus esset caballum scilicet factum, annonam inter alia jumenta bajulasse militibus, quæ dicitur vetera, quoniam ad recta deportatur. Quod ita ut narravit, factum fuisse, competum est: quæ tamen ei sua somnia videbantur.

Lucianus in Thefsaliam profectus, ut magicas artes disceret, in hospitium forte divertit, ubi mulier se unguento illiens in corvum mutabatur. Lucianus eodem linimento se volens jungere, in aliud errorem incidit, quo undens vertitur in asinum. Inductus autem in theatrum variis conspersum herbis, ex ancillæ insinuatione pro rostrum esum restitutum. Id opus sic Latinum fecit Apulejus, ut ad verbum expresserit plerique omnia, additis plurimis, quò incurdior effect lectio his, qui Milesis fabulis delectantur, & condivie sua illa partem antiquaria, partim nimis audaciter novata didicere, rem alioqui futuram subinsulam, atque substatuam. Lud. vires lib. 18. Aug. de Civit. Dei, cap. 18.

CORPORIS TOTIUS PILI HIRsutIES.

Notum est illud Ovidii de Viris: Barbæ viros, bisæque decet in corpore setæ. C. Caligula fuit capillo raro, ad circa verticem nullo, hirsutus cætera. Quare transeunte eo, prospicere ex superiore parte, ut omnino, quacunque de causa, capram nominat, crininosum, & exitiale habebatur. Suet. in Caligula.

SEXUS.

DISTINCTUS, seu MUTATUS.

De mutatione puellaram feminarum in masculos, legimus apud Hippocratem lib. 6. Epidem. sect. 8. Plinium lib. 7. cap. 4. Gell. lib. 9. cap. 4. & Amatium Lufitanum Cent. 2. curatione 29. Exat de iisdem Aufonii epigramma.

Hefodus, Dicæarchus, Clitarchus, Gallimachus, alique nonnulli narrant, Tiresiam Eumaris F. in Arcadia, cum esset mas in monte Cyllene, serpentum, quos coire videbat, alterum vulnerasse: illicoque mutato, se in feminam mutatum esse, ac cum viro concubuisse. Monitum autem oraculo Apollinis, ut cum coeantes serpentes iterum deprehendisset, alterum itidem faciaret, ita enim pristinum sexum rediturum, observata.

A observata oportunitate, consilium Dei fuisse executum, itaque recuperasse pristinam naturam. Porro Jove cum Junone altercate, illoque contentende, plus voluptatis è re venera feminas percipere quam viros, Junone contrarium assente: placuisse, ut accitus ea de re pronuntiaret Tiresias, utpote utrunque sexum expertus. Hunc interrogatum respondisse: decem in partes voluptate ista divisa, unam viro, novem mulieri obtingere. Junone iratam, cum oculis confosiss excecasse. Jovem ei vaticinandi artem dono dedisse, & vitam vii seculorum. Phlegon. de Mirab.

Iidem perhibent, apud Lapithas Elato regi filiam fuisse, nomine Cænidem: cum hac Neptunum congressum, promississe, facturum se ei quocunque vellent: ipsam petuisse, ut ab eo in virum mutaretur, fieretque invulnerabilis: præstisse illi Neptunum, nomenque viro Cæneus factum. Phlegon. & Ovidius lib. 11. Metamorph.

Filia Euriidii Spartonis Galatæ, Phæthi nupti Lampro Pandionis F. viro natalibus non obscuris, sed inopi. Is cum uxor gravida esset, voto masculum sibi prolem expectens, edixit mulieri, si filiam peperisset, uti ne eam tolleret: simul ad oves pascendas digressus: Galatæ filiam partu edidit, & misera infantis, solitudinemque familiaris reputans, infomniis adspulstantibus, & ariolis pro filio eam educare jubentibus, Lampro decepti, filium se enixam professa: puellamque nomine Leucippi donatam, tamquam filius esset, enutrivit. Cum adolevisset puella, & ineffabili esset pulchritudine, metuens sibi à marito Galatæ, cum res diutius regi non posset, in sanum Latonæ confugit: multique adeo precibus contendit, si filia in marem mutari posset. Hypermeltra vendita pro muliere invenit precium: cum autem virum in virum esset mutata, alimenta Æthioni patris attulit, Cretenfis quoque Sibroeta mutatus est, cum inter venandum lavantem vidisset Minervam. Latona continenter lamentantem, & deprecantem miserata est Galatæm, puellamque in puerum mutavit. Hujus mutationis etiamnum Phæthi meminere, Latonæque Phytia sacrificant, quòd vultu puella creaverint, festinque Ecdyfia appellant, quòd plepulum puella exuerit. Ator. Libialis ex Nicandri lib. 2. Alterarum.

Antiochia, quæ est ad Maandrum flum. homo mixto sexu, quem A androgynum appellant, fuit, præside Athenis Antipatro Romæ M. Vinitio, & T. Statilio Tauro, cui Corbilibi cognomen fuit, Coq. centum Virgo quædam parentibus nata illustribus, cum annorum esset XIII. multis precibus petita ob pulchritudinem, postquam de parentum sententia desponsata est, nuptiarum die appetente domo processura, subito dolore vehementissimo correpta exclamavit. Domestici eam redudam in ades ita curaverunt, ut quæ doloribus ventris, & convulsionibus intestinorum laboraret. Verum dolore per triduum continuo permanente, cum omnes ejus urbis medici nullam affectus causam invenirent, quæ incurdior effect lectio his, qui Milesis fabulis delectantur, & condivie sua illa partem antiquaria, partim nimis audaciter novata didicere, rem alioqui futuram subinsulam, atque substatuam. Lud. vires lib. 18. Aug. de Civit. Dei, cap. 18.

Invenimus ab annalibus, P. Licinio Craffo, C. Cassio Longino Coss. Cassini Puertum factum ex virgine sub parentibus, iussuque auspicio deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit vitam à fe Argis Arelconstem, cui nomen Arelcuse fuisse, mississe etiam, mox barbam, & virilitatem provenisse, uxoremque duxisse. Ejusdem fortis & Smyrnæ puerum à fe virum. Plinius fe in Africa vidisse narrat mutatum in marem nuptiarum die L. Cossicium civem Tifdritanum. Plin. lib. 7. cap. 4.

L. B. vit. Human. Theat. Tom. V.

Livius secundi belli Punici tempore tradit, Q. Fabio Maximo, & M. Claudio Marcello Coss. Virum ex muliere Spoleti factus. Hippoc. autem scribit lib. 6. Epidem. par. 8. apbor. 45. Phæthia cuiusdam Pythæi uxori corpus virile, & in universum hirsutum, & pilosum fuisse reddidit, barbamque eam emississe, vocem item asperam fuisse effectam. Quod ipsum etiam Namyfæ Gorgippi uxori in Thalo evenisse, subiungit.

Neapoli regnante Ferdinando I. cum Ludovicus Guarna, Salernitanus civis, quique filias suscepisset, quarum natu majoribus duabus alteris Franciscæ, Carole alteri erat nomen: posteaquam ad quinquaginta annorum pervenerunt, ambabus genitalia membra in marium morem creperunt: mutatoque habitu pro maribus habiti sunt. Franciscus, & Carolus nuncupati. Item Ebuli sub eodem Rege, Puellæ, quæ jam quatuor annos viro promissa sponsæ habuerat nomen, qua nocte primùm viro tradita cum eo cubuit, sive ex confectione, sive ob aliam causam, quæ ignota sit, effactis membranis, quæ ut mulier videretur, efficebant, virilia membra proderunt: dumque reverfa, in judicio dotem repetivit, in virorum numero postea habita. Fulg. lib. 1. cap. 6.

In oppido Elguerra, novem leucis à Conymbricæ, nobili apud Lusitanos civitate, puella quædam genere nobilis erat, cui nomen (si rectè memini) Maria Pacheca erat: quæ cum ad ætatem pervenisset, in qua mulieres primùm mensuram emittente solent, vice mensuram priapum usque ad id tempus intus latentem extrajeceit. Et sic ex femina factus est masculus: & virili toga indutus, ac sacra aqua resperfus, Manuel fuit vocatus. Qui ad Indos proveniens, & dives, ac clarus factus, postea ad suos rediit, & uxorem duxit. Sed an liberorū generit, non satis competum habeo. Conficium tamen sumus, imberber hunc semper mansisse, inquit Amatius Lufitanus consult. med. cunctaria. 2. curat. 39.

CONFUSUS. ANDROGYNI.

HERMAPHRODITI.

Anno sal. 1461. in urbe Lythquo Scotiæ Androgyna herilem filiam, in eodem lecto cubantem, gravidam fecit. A matronis simplicem puellam sic deceptam esse indignantis accusata, viva tumulata est. H. Boetius lib. 8.

ÆTAS MUTATA.

Fuerunt, qui dixerunt, Jasonem senescentem ab ipsa Medea coctum juventuti fuisse restitutum, ut scripsit Phætydes, & Simonides Poeta, & Lycophron. Quòd Ælon præterea Jasonis pater fuit à Medea coctus, & juveniti restitutus, scripsit is Poeta, qui Reditus composuit. Eschilus in Bacchi nutricibus, nutrices ipsas Bacchi unâ cum illis coctas fuisse inquit, & ita ab eodem juvenuti restitutas. Natalis Comes Mythol. lib. 6. c. 8.

PROPAGATA.

Nicardus in Thèriacis, tradit: Homines, ad quos signem Prometheus detulerat, furtum Jovi indicasse: Esiusque rei premium perpetuam juventutem à Jove impetrasse. Natal. Comes Mythol. lib. 4. cap. 6.

* Metaphysica.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Metaphysica ita dicta, quasi post, vel ut alii, supra naturalia, quia post cognitionem rerum naturalium, eorum, circa quæ versatur Metaphysica, noticiam tanquam in altiore naturæ gradu adipiscimur. Estque propriè dicta scientia, ut docet Aristoteles 1. 4. Metaphysicæ c. 1. quia, inquit, datur scientia, quæ considerat ens ut ens, nulla autem alia hoc facit præter metaphysicam. Omnes enim scientiæ particulares versantur circa aliquod inferius ens, tanquam objectum ad aquatum. Finis autem metaphysicæ est contemplatio, unde & speculativis scientiis annumeratur.

* VARIA ILLIUS NOMINA.

Præter nomen Metaphysicæ, aliud ab Aristotele accepit, nempe Prima Philosophia. Est enim postissima Philosophia pars, hinc & per antonomasiam absque additione Philosophia appellatur.

Vocatur quoque Theologia, quia differit de Deo non ex principiis divinitus revelatis, sed ex iis, quæ naturali lumine sciuntur.

Dicitur insuper Sapia 1. 1. c. Metaphysica, quia altissima rerum causas tractat.

Quin 1. 1. c. 7. cam Aristoteles vocat dominam omnium sententiarum.

A PRÆSTANTIA.

Metaphysicæ ordine dignitatis prima est inter alias scientias, idque tam ratione objecti, quam modo, five certitudinis. Veritas enim circa res præstantissimas, pura Deum, aliisque immateriales, & immutabiles substantias, quæ sunt perfectissimæ, & ex parte sua evidentissimæ.

Ordine autem doctrinæ metaphysicæ aliis scientiis est posterior: ut quæ versentur circa res magis compositas, adeoque nobis notiores.

Est interim inter reliquas scientias maximè utilis, quia proximè conducit ad cognoscendum ultimum finem. Immo ubi aliæ scientiæ deficiunt, recurrit ad hanc velut iudicem communem, & principem cæterarum.

Cùmque metaphysicam dicat Aristoteles inventam non propter quæstum, sed propter ignorantem, & ex ignorantie proveniente in admirationem, patet, quomodo fit etiam necessarius: quia naturaliter omnes appetunt scire.

* OBJECTUM.

Objectum Metaphysicæ est Ens per se reale, commune toti finito, & infinito: seu creato, & increato. Aliæ verò scientiæ considerant tantum partem entis: Hæc verò totum Ens in ea latitudine, qua potest esse objectum scientiæ realis. Ita Aristot. lib. 1. Metaph. & alibi frequenter. Sic ut etiam Deus sub hoc objecto comprehendatur: qui licet causam propriè dictam non habeat, tamen quorundam attributorum illius nostro modo intelligendi, prior aliqua ratio dari potest, quod sufficit ad scientiam.

* STUDIUM. CULTUS. USUS.

Veteres hanc Scientiam inter disciplinas acroamaticas numerabant, ut vel nihil de ea scriberent, sed auditoribus voce tantum communicarent: si tamen scriberent, id adeo obscure faciebant, ut ab his, qui ad prædicationem hanc, essent, intelligeretur.

Porro inter Metaphysicos olim hæc erat differentia, ut alii res ipsas nudas, obscure tamen, proponerent: ut Aristoteles, & Theophrastus: alii fabularum involucri obvoluerent, Deorum nomina prætexentes: qui ob id appellati fuerunt Theologi.

C Exempla utriusque generis subiicimus.

METAPHYSICI PURI.

Hermes Trismegistus Ægyptius maximus Philosophus, & orator fuit, qui etiam de summa Trinitate aliqua prædixit, perinde ac si illius aliquam cognitionem ex naturalium rerum imaginibus percepisset. Circumfertur enim hic de ea illius verus:

Monas gignit Monadem, & in se reseddit anorem. Quo sanè processio illa ardua in divinis, qua filius Patri substantialis ab æterno genitus, ex Patre Filioque Spiritus S. per modum amoris procedere creditur, subtiliter indicatur. Fuerunt Hebræi, qui per Iethro focerum Moysi intelligunt hunc Trismegistum. At falluntur: est namque is ipso Moysæ recentior, ut cuius tempore floruit Atlas Astrologus frater Physici Promethæi, maternus avus Mercurii Trismegisti: cuius nepos fuit alius ille eiusdem cognominis. Euseb. lib. 9. de præp. Evang. c. ult. August. lib. 18. de Civit. cap. 8.

Multorum ex veteribus Philosophis opiniones Aristoteles in libris suis recenset, examinat, & perpendit, quæ nisi metaphysicæ essent, à Philosopho tamquam alienæ relinquerebantur. Meminit itaque Hippali Metapontini, Heracliti Ephesii, D Anaximenis, quæque præceptoris Anaximandri, Thalesis Milesii, Parmenidis Eleatis, Empedoclis Agrigentini, Xenophanis, Melissi, Anaxagoræ Clazomeni, Hipponis, Leucippi, Democriti Abderitis, Alemaonis Crotoniatis, Pythagoræ, Protagoræ, Aristippi Iosophista, Zenonis, & Megaricorum, Cratyli, Antisthenis, Scippii, qui nepos fuit Platonis ex Iotore, Endoxi, Calippi, Eveni, Sopholis, & Hesiodi Poetarum, ipsius denique Platonis. Omnes isti de prima philosophia vel ex processio, vel in rerum naturalium tractatione, aliquid dixerunt. At qui separatim, & ex processio, distinctè scilicet, & separatim, Metaphysicæ tractarint, nullos reperies, præter Aristotelem, & Theophrastum. Cæteri omnes, etiam Plato ipse, Metaphysicæ cum Physicis miscuerunt, & propterea ab Aristotele passim reprehenduntur, non tam propter res ipsas, quam propter ætatem, & consuetudinem. Nam si rerum naturalium naturalia quoque sunt principia, absurdum erit metaphysicæ, & supernaturalia (ut ita loquar) principia statueret, qualia

Parmenides Melissus, Empedocles, Pythagoras, & reliqui potuerunt. Hæc causa est, cur Aristot. eisdem in Physicis pariter, & Metaphysicis impugnet: illic eisdem, quatenus loco naturalium principiorum non naturalia, sed quæ præter naturam sunt finguntur: hic verò quatenus nec ea, quæ fingunt, verè sunt metaphysicæ. Eadem quoque de causa idem a nobis sub Metaphysicorum catalogo recenseri poterunt, quorum supra in Physicorum catalogo mentio facta fuit.

Cæterum Aristoteles Metaphysicam lib. 14. absoluit, quamvis plerique ambigant, an duo posteriores illis sint dicendi: quæ autem in illis tractentur, vide apud Passerinum in Bibliotheca Tom. 2. lib. 12. cap. 17.

FABULOSI. SUPERSTITIOSI. THEOLOGICI. Ethnicorum.

Ex Tit. Poetarum Theologorum huc ii, qui Theogonias scripserunt.

Orpheus Thrac, Oeagri filius, ut alii putant, Apollinis, & Calliope (quod dictum est ob cantus suavitatem) Artabanus in Ægypto doctum tradit, ad iutumque magnopere doctrinam Mosaicam. Diodorus sacra Bacchi ex Ægypto in Græciam attulisse dicit, dedisseque Thebanis, quod ab eis esse honorificè exceptus. Hic cantus suavitatis & bestias, & saxa ad se fecerunt allexisse. Quin & Parcas dudum sine lyra flexit, ut sibi sua redderetur Eurydice. Occisus est à bacchantibus feminis: causa non constat. Alii, quod viderit Liberi sacra, putant: alii, quod cum apud inferos deos omnes laudasset, Liberum prætermisit: alii, quod cum ad iudicasset Adonim dimidio anno Calliope, & dimidio Veni, nec Veneri totum, hæc in eum seminarum firem inmisit. Hæc in lib. 2. Alii quod, qui idololatricæ idem quoque pederatis Thracibus auctor fuerunt.

Linus, ut Hermodorus ait: Mercurii, & Uraniæ Musæ filius fuit. Virgilius Apollinis dicit. Diodorus hunc primum in Græcia numeros, & melodiam invenisse ait. Scripsit mundi originem, Solis, & Lunæ cursus, animalium, & fructuum generationes, docuit Herculem citharam. Cumque is ingenio esset tardus, & ob id obijuraretur, ac etiam interim vapularer, in magistrum Linum infurexit, eumque conticis ictibus citharæ. Alii sagitta Apollinis percussè narrat. Musæos non unum commemorat Suidas: tres enim fuisse ait. Primum Eleusinium, Antiphem: filium, Orphei discipulum, qui veribus ad Eumolpum filium vitæ instituta cõposuit. Alterum Thebanum, Thamyra genitum, ante Trojam cladem Poetam melicum, scripsitque hymnos, & cantica. Tertium multo recentiorum, Epheum, item Poetam, qui vixit Eumene, & Artalo Regibus, conscripsitque res Pergamenium. Museum illum Orphei discipulum, vulgò Eumolpo patre facient: Diogenes initio operis Atheniensem facit, primumque ait deorum scripsisse genealogias, spheram invenisse, & ex uno fieri, atque in idipsum resolvì omnia dixisse: quem Phalæx Atticæ diem obiisse, indicio est epigramma ejus sepulchro inscriptum. Hunc ferunt Eleusiniis lacris præfuisse, cum Hercules initiaretur. Lud. Vives in 118. Aug. de Civ. Dei, cap. 14.

Hesiodus Theologus tam præclarus, quam veri fuit ii, quorum ortum in Theogonia sua tradidit.

Pherecydes Syrius scripsit Heptamychum (septem recessus) five Theocratiam (temperiam deorum) aut Theogoniam (deorum ortum) hoc est, Theologiam libris decem descriptam, deorum origines continentem, Suidas.

M. Varro tria genera Theologiæ facit, Mythicon Poetarum, quo in Theatris utuntur: Physicum Philosophorū, quo in Scholis: & Politicum, quo in uribus. Ipse de Antiquitatibus rerum humanarum xxv. libris prius scripsit, de divinarum vero libris xvi. posterius, ex opinione hominum non ex veri veritate se de Diis scripsisse tacite confessus. D. Augustin. de Civit. Dei, lib. 6. cap. 4. §. 5.

* CHRISTIANORUM.

Posterioribus sæculis, quibus Theologiæ studium magis ex cultum, omnesque illius difficultates excusæ fuerunt, ac magnorum virorum ingenia in illis defudare, ac in scholis proponi, & disputationibus institui ceperunt, etiam metaphysicæ accuratius investigari, & illustrari cœpit, sic ut hoc tempore in omnibus passim Gymnasiis, cum aliis Philosophiæ partibus juventuti prælegatur etiam sub proprio nomine, atque in illius tractationem, omnes difficultates, quæ in Logica, aut Physicæ, vel aliarum scientiarum explicatione occurrunt, reiciantur, tamquæ, quæ per hanc illustrari valeant, & cognosci. Ad eò ut sicut definentem Physico incipit medicus: sic effluentem metaphysico simul etiam existere

existere incipiat Theologus, quamvis Theologia præcisa non procedat ex principiis naturali industria cognoscibilibus, sed fide revelatis: tamen ex illorum cognitione ad horum pleniorum intelligentiam deveniri aliquoties potest. Quin Theologi Scholastici est non modo ut Scripturis Divinis, quamvis illi præcipue ea cure esse debeant: verum etiam naturalibus rationibus, ut vel contrarios errores refellat, vel sensim ad superiora mentes hominum disponat.

Excelluere post Veteres, qui Aristotelis metaphysicam inter pretati sunt, cum Græcos, tum Latinos, inter Christianos Doct. Albertus Magnus ex ordine Prædicatorum, Dominicus de Flandria ejusd. ord. S. Thomas Aquinas, cujus etiam prima pars summa hæc spectat. S. Bonaventura ex Ord. Minorum. Franciscus Soarez, & Petro Fonteca Societ. Jesu Theologi, qui post alios omnes scripserunt, à plerique palmam huic deferri Posslevinus contendit. Illud interim verum, neminem hædenuc edicium, qui priore magis distinctè, & copiose: posteriore vero magis concinnè, & appositè, cum brevitate, metaphysicam illustraverit.

* Meteora.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Meteora sunt, res five corpora, quæ in sublimi mundi (sublunaris) Regione ex vapore, vel exhalatione oriuntur. Est enim vapore sublimè, aut suspensum, & in vapore, & in rebus sublimium tum, ac scientia. Derivatur à μετέωρον, id est trans, & αἴθρη elevo, attollo. Latine vocatur Impressio, eò quod meteora, ut plurimum, contingant in aere, eique velut impressa videantur. Alii vocatas volunt hæc impressiones meteora, quod animos hominum suspensos teneant, & dubios, id namque significare vult Aristoteles alibi insinuat. Sunt autem corpora imperfectè mixta, eò quod in eis ita dominetur aliquod elementum, ut in illud potest reformari, ita in aquam resolvitur. Vocant verò meteora Plinius, fortuitas tempestates propter materiam fluxibilem, eò quod ex causa levissima impellantur, aliamque, quæ aliam formam pro diversitate materię, & loci recipiant. Ita Marc. Crisp. lib. 1. Traß. de Met.

QUOTUPLICIA.

Impressiones meteoricæ sunt quadruplices. Ignæ, Aeris, & Terræ. Cæterum terræ meteoricæ impressiones communè nomine metallicæ nominantur, & subterranea, eorumque tractationem Aristoteles attingit, lib. 4. Meteor. Verum illa propriè meteora non sunt, quia sunt corpora perfectiora, unde fit, ut ordinariè triplicis formæ censentur. Dividuntur quoque meteora in sicca, & humida, scilicet, quæ vel ab exhalatione, vel vapore generantur. Prioris generis sunt Ignæ omnia, & Venti: posterioris sunt Imbres, Nives, Ros, &c.

CAUSA.

Materia propinqua meteorum est vapor, & exhalatio, ut docet Aristot. lib. 1. c. 4. omnia enim ex his oriuntur five permixtis, five singularibus. Vaporem qui Græci αἴθρη definunt halitum, five spirationem calidam, & humidam, quæ ex humore aqueo progignitur, ex hinc nebule, grandines, ros, pruina, & his agnata. Exhalatio anhelitus est terræ calidus, & siccus, eoque alia facile ignem concipiunt, unde ex ea proximè sunt impressiones ignæ: alia diffulter, ex qua venti oriuntur.

Efficiens meteorum causa deducitur ab efficacia corporum D cælestium, quæ elementum aliquod ad hunc effectum concitant. Instrumentaria autem est calor, qui aquam, & terram pervadit: eaque attenuanda in halitum solvit.

LOCA.

Videlicet, in quibus Impressiones Meteoricæ generantur.

Tria conceptacula sunt, seu loca, ubi elementariæ impressiones, quæ ad præsentem contemplationem attendant, gigni consueverunt.

Primus locus est finis terre, quæ quidem ex sua natura siccitatem summè intendam, & frigiditatem in excellenti, non tamen in summo gradu, possit. Sed alias præterea accipit affectiones, quarum merito quibusdam in partibus magis prompta est, & idonea ad impressiones: in aliis minus. Est enim cavernosa, fungosa, solida, concreta, uliginosa, sulphurea, bitu-

minosa. Atque v. c. ubi cavernosa est, ibi concussionibus subit, cum halitus interceptus, nec exire valens, magno conatu exitum molitur, & terram concutit. Ubi verò uliginosa, humidatque existit, ibi fontium scaturigines, aut rivulos effert.

Secundus locus est gremium aquæ, quæ ex nativa proprietate in summo gradu frigida, & excellenter tantum humidat est. Verum alias similiter affectionum subit differentias: quandoquidem hic calida invenitur, illic frigida: hic dulcis, illic salta, nitrosa, aluminosa, sulphurea, bituminosa. Atque ibi, exempli causa, sulphurea est, expirationem edit viventibus perniciosam, ac lethalem, ut in lacu Averno, aliisque nonnullis.

Tertius locus est receptaculum aeris, in quo oriuntur, quæ propriè Meteora nuncupantur. Dividitur autem univerfus aer in tres regiones, infimam, mediam, supremam. Infima ad ea, quæ nos ambit, porrigiturque usque ad eam partem, quæ jam radiorum solis repercussu non calefcit. Suprema dicitur, quæ inter cavum ignis, & paulo infra altissimorum montium fastigia intercepta est. Media, quæ inter illas duas jacet. Quod verò hæc sit aliquantulum infra editissimorum montium juga, ex eo probari solet, quia summa altitudo, quam nubes imbrës, & venti obtingunt, est medijs ille aeris tractus: at hæc prædicta juga non attingunt, ut ostendi solet exemplo montis Olympi, qui est in Thessalia, & Athonis, qui in Macedonia, in quorum cacumine ferunt cineres relicto toto anno nec ventis diffilari aut dissipari, nec imbris clui.

METEORA PORTENTOSA.

Eorum, quæ in aere, vel alibi interdum conspiciuntur, & prodigiola existimantur, quædam physicas habent causas, ut Cometæ: quædam non habent, ut configentium militum in sublimi spectacula, aliaque is familia; quæ cælestium corporum influxu efformari neutiquam valent. Iraque hæc aut divina sunt virtute, aut opera Angelorum, vel etiam demonum. Ex utriusque verò nonnulla interdum aut insignem aliquem eventum, qui jam extet, extiterit, declarant, aut independentia mortaliū generi mala, ac nonnunquam futura bona præstantur.

Hinc M. Tullius 2. de Nat. Deorum, refert ex Cleanthe usam è quatuor causis, per quas numinis divini notiones hominum mentis informatæ sunt, esse prodigia cælestia, quæ interdum magnarum calamitatum sunt prænantia.

Hæc autem præsignificatio bifariam intelligi potest: uno modo, quia istiusmodi ignes accendi incantant magnam exhalationis calidæ, & siccæ copiam, tum non aerem solum calefcit, & exficat, sed in hominum etiam corpora defecit, bilique accensa morbos creat, in his præsertim, qui delicatiori corporis habitu sunt, uti Principes. Altero, quia talia portenta ex divino instituto assumuntur ad significandum: licet ordinario fiant ascitis ad id causis naturalibus Dei nutui obsequentibus, eadem è terris, v. g. exhalationum copia ad Cometæ accendendos, fovendosque: quas causas divina sua providentia designat, disposueratque Deus, ut certo tempore ad hos effectus concurrerent.

Unde D. Damascenus lib. 2. fidei Ortod. s. 7. Existunt, inquit, plerumque Cometæ summorum Principum extremum vitæ diem portendentes, qui Dei imperio certis temporibus constanter, rursusque dilabuntur. Videlicet, ut Medit. 2. lib. sue Parænesis, cap. 1. annotavit, loquitur cum hominibus. Deus non modo humana lingua per factos Vates, ut à peccatis avocentur, & respiciant: sed nonnunquam ipsis elementis in formas, & imagines diversas ad corundem terrorem compositis.

Speciatim verò secundi generis prodigia semper aliquid novum, & insigne demonstrant, ut ex superiorum temporum annalibus planum est. Tale fuit, quod in Christi Domini natalitius accidisse refert D. Antonius 1. p. in suis Chronicis, ad hunc ferè modum. Cùm Senatus Romanus Augustum pro Deo colere decrevisset, evocata in cameram, Sibi illa est, ut an Augusto aliquis successurus esset, responderet: quæ circumlocutionem autem in sublimi fulgentem, cujus medio Virgo erat pueri complexa Imperatori ostendit: audiatque confestim vox fuit: Hæc est ara Cæli. Tunc Imperatorem Sibi illa monuit, ut puerum illum adoraret: atque inde prædicta camera ara Cæli dicta est. Unde Manuanus:

Fulgentem nitido monstravit in æthere circum, Iræque inclusam parva cum prole parentem: Atque manum tendens, vultuque ad sidera verso, Ille puer Deus est, inquit.

Adverte

Adverte hic, Sibyllam, cujus hac narratione fit mentio, non fuisse aliquam ex illis decem, quae a Scrip- toribus celebrantur, & ad Laetant. lib. 1. diu. Inuit. à D. August. lib. 18. de Civit. Dei. c. 23. à Varro in libris verum divinarum ad C. Caesarem; & ab aliis siquidem Cumæ, quæ omnium postrema fuisse traditur, vixit Olympiade quinquagesima, tempore Tarquini Regis, ut refert Solinus Polihist. c. 8. Dici igitur potest, Sibyllæ nomine significatam ibi aliquam formam fatidicam, quæ tempore Augusti existerit: quemadmodum & Athenis tempore Socratis fuit Diocima, de qua Plato in Convivio.

Alia prodigiorum exempla legi possunt apud auctores variis in locis, apud D. Augustinum, lib. 2. de Civit. Dei, cap. 23. & lib. 3. c. 1. Tertullianum in libro ad Scapulam, cap. 3. Plinium lib. 2. Nat. hist. c. 25. Suetonium in vita C. Caesaris c. 88. Livium lib. 3. Decadis 1. Josephum de bello Judaico, lib. 7. 12. Nicephor. lib. 3. Hist. Ecclesiastica, cap. 4.

Huc refer Locum de Cometa.

Metropoles.

Vide Loca materialiter considerata.

Metropolitani, Archiepiscopi.

Pete ex Loco de Episcopis.

Metus.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Metus, & Græcè φόβος, & φοβία, metuo dicitur. Hebr. ליראה, & מורא, timor, terror, metus: à verbo ירא, metuit, timuit. Hinc ירא, facer, timendus, venerandus, יראים, honor, & pavor, senex quem juvenes metuunt, & venerantur. Est autem metus, expectatio mali. secund. Arist. lib. 4. Ethic. Metus est opinio magni mali impendentis, cui subiiciuntur Pigritia, Terror, Timor, Exanimatio, Conturbatio, & Formido. Metus, sec. M. Varr. dicitur à quodam motu animi, cum id, quod malum casurum putat mens; refugit. Metus facit ejus diminutivum metulosus.

Metus est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videtur animi recessus, & fuga. Aristoteles, metus, inquit, vitium irascibilis partis est, ob quem formidant, terrore præcæ- tim imminente: utrumque maximum animi malum.

Metus proprium est, ad incidentes, imminentesque timores mobilem esse præcipue, qui mortem præterdere videantur, & corporales timere inflicti, & melius arbitrari utrumque sal- tum esse, quam periri honestè.

ORIGO.

Oritur autem metus per totius caloris ex frigore contractio- nem, ad cor ipsum undique decurrens, utpote ad suam sedem tanquam in regiam, vel arcem. Cæterum ægritudine instru- mentum, & exandescencia est os ventris; nam hujus affectus vim sese sentire significat: vel ut etiam Galenus medicus nobilissimus in tertio de demonstratione, inquit, merentibus nobis non parum flavæ bilis in ventrem defluit, quod planè mo- lestiam exhibet, ut non prius à mæsticia, & cruciatu cessemus, quam bilem vomueris. Gignitur enim gravitas inferne per medium pectus chondri xiphoidis nuncupati, quod ensis fa- ciam referat. Unde describitur, metus esse animi torpor circa sensus omnes sparsus, ex mali imminentiis sensus.

DIVISIO.

METUS QUOTUPLIX.

Metus est duplex, alius est gravis, alius levis. Gravis alius est absolute, alius respectivè. Metus absolute gravis est, qui cadit in virum constantem. Dicitur autem cadere in virum constantem, qui est alicujus mali, quod constanti viro est formidabile, eamque meritò commovere debeat. Talis est motus mortis, mutilationis, atrocis cruciatus, longi carceris, exilii, servitutis, stupri in viro, aut femina, amissionis honoris, status. Hac omnia habentur. Quod metus causa. Et C. eodem. Et in Decretal. eod. Tit. Amissionis bonorum. Infamia juris, aut facti. Excom- municationis iniusta. Item hic pertinet metus reverentialis, quod filius timet patrem, inferior superiorem, &c. præsertim si conjuncta sint minæ, &c. Videatur Covarruvias in Epi. 4. De- cretal. p. c. 3. 5. 4. Sanchez lib. 5. de Matrimon. disp. 5. 6. 7.

Respective gravis est, qui licet non sit viro constanti formi- dabilis ratione mali levioris: tamen talis estimatur, pucto, se- ni, mulieri, juxta arbitrium prudentum.

Etiam dicitur respectivè gravis, quando malum, quod est metus majus est, quam damnum, quod inferatur per contra- ctum; quamvis talis absolute sit levis.

Quod autem, & quantum metus graviter operetur ad valo- rem contractum civilium, sive sint negotiatorii, sive matri- moniales, vide apud Summistas, neque enim hujus est loci, ea penitus excutere.

COMITES.

- 1. Pusillanimitas, 8. Sordida, 2. Timor, 9. Pudor, 3. Pigrities, 10. Verecundia, 4. Terror, 11. Formido, 5. Pavor, 12. Tumultus, 6. Exanimatio, 13. Conturbatio, 7. Trepidatio, 14. Vitæ amor nimius.

Pusillanimitas animi, inquit, Aristoteles, vitium est, quo- impotentes videntur animi ad felicitatem, infelicitatemque ho- norem, & dedecus sustinendum. Pusillanimitas igitur est, non honorem, non dedecus, non felicitatem, neque infelicitatem posse sustinere; sed honoratum quidem obstupescere, aut in- honorari ne in nimia quidem parte posse viriliter, & animosè satis obfistere; verum latitare, attoniti planè animi est, infeli- citatem magnam à parva neutiquam discernere, in cunctis suspirare, ingemere, & ægre odium ferre. Hujusmodi est Pusillanimitas, ut omnia convicia contumelias vocet, & injurias, & honores auferri sibi quaratur, etiam in ignorantia, alterius- que oblivione contingerit. Comitatur pusillanimitatem, par- vis de rebus habere sermonem factum, vel fortunam inculcare, desperatio, & fummisio.

Timor, est metus hominem aliqua de causa reddens melio- rem, quod ab honestate ferre non abicit. Unde & nomen à qui- busdam habuisse creditur, quoniam enim honor Græcis dicitur. Pigritia, est metus consequentis laboris.

Terror, est metus concutiens, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pavor, & tremor, & dentium stridor consequatur.

Pavor, metus est mentem à loco movens, ex quo illud: Tum enim pavor omnem mihi sapientiam ex animo expecto- rat. Cic. in orat. allegat. Est autem, ut suspicor, Ennii Poeta. Exanimatio, est metus subsequens, & quasi comes pavotis, Plautus: Quid hic exanimatus currit Sæuæ?

Conturbatio, est metus excutiens cogitata.

Sordida, est, cum quod animo agi oportuit, animi ipsi subverti temerè, ac inflicti, quod minus id efficiant, reti- nentur.

Pudor, quamquam aliquando virtutis locum obtinet, est ta- men etiam metus admissi mali, & penitentia. D. autem Augu- stinus, Pudor, inquit, est, qui facit ingenuam frontem, etiam de falsi criminis objectione. Rubore suffundi non est crimen, & si est crimen, non est illius, cui obicitur. Nemescius, Pudor est, inquit, metus de expectatione viruperationis excitatus, qui affectus est honestissimus.

Verecundia, est metus in turpitudine commissi. Differunt fanè pudor, & verecundia: quod verecundia ob ea, quæ deliquit, confunditur, atque contabescit: pudibundus autem de præla- ra opinione, atque adeo, gloria, in qua sic veretur, plane quæ- metuit excidere: licet plerique sæpè numero pudorem verecun- diam, & verecundiam pudorem indifferenter vocent.

Formido, est de aliqua insolenti, aut improvvisa ingens ani- mi conserratio, & imaginarius cum terrore metus, alii sic: Formido est metus permanens.

Tumultus est, ut cum Cicerone Quintilianus inquit, timor multus. Ut autem Zeno, vocis complexæ per tumultum eruptio. H Trepidatio, est animo effusus horror, gestus, metusque corpo- ris festinando ultrò citroque incurfando demonstratus.

APOPHTHEGMATA.

Socrates Alcibiadem adolescentem, primum ob imperi- ritiam trepidantem, ut fit, apud tantam multitudinem ver- ba facere, lepida & argenti animavit: An non putas, inquit, o Alcibiades, contemnendum futurum? Annuit: An non præ- conem? cum & hic amnisset, non contemnerem, inquit, ta- bernaculorum officinem? Cum similia quædam proposisset, & si lateretur hoc esse contemnendum, tum Socrates: Atqui, in- quit, ex his constat Athenienium populum, quem tu veretis. Quorum si singulos putas contemnendos, qui minus etiam contemnas condempnas. Sed sic, non referre apud quàm multos

multos dicas, sed apud quàm cordatos. Fit enim hoc miro modo, ut quos singulos despicias, congregatos revereris. In convivio Platonis Socrates admiratur Agathonis audaciam qui coram tot hominum millibus præfenti animo recitasset suam tragediam; cui cum Agathon respondisset, se citius velle coram multis hominum millibus dicere, quam apud unum Socratem. Atqui in illis, inquit, millibus & Socra- tes erit. Fit enim & illud miro modo: ut quem unum reverere, in turba mixtum contemnas. Eras. in Apoph.

Isoocrates, cum intelligeret, quantum sibi animi obesse- timiditas, sæpè numero dicere solitus est, se suos quidem dif- cipulos docere decem minis, verum qui ipsum docuisset ex- tra omnem timiditatem in concione loqui, mercedis lo- co datum decem milia. Sola enim timiditas, & vox exilis reddebant hominem inutilem ad dicendum. Eras. lib. 8. Apoph.

Cleanthes cuidam illi probræ causa obiicienti, quod eset timidus: idè, inquit, minimum pecco. Bona est timidi- tas, quæ deterreret à turpibus, & reddidit hominem circumspectum. Laert. lib. 7. cap. 1.

Cum Hermoneus Xenophani timiditatem obiiceret, quod nollet secum testes ludere: Fateor, inquit, me non solum metulosum, verum etiam vehementer metulosum, sed adversum inhonestam. Honestas timiditas est, quæ deterreret à turpibus. Plut. de vitiofo Verecundia.

Cleomenem cum quidam interrogasset, cur Spartiæ non consecraret diis propria ab hostibus detracta? Quoniam, in- quit, à timidis venerunt. Porro quæ parva sunt ab his, qui ob timiditatem capti sunt, nec decet intueri juvenes, nec diis consecrata reponi. Plut. in Lacon. Apoph.

Quidam Metapontinus Laconi obiicienti ignaviam: At- qui, inquit, non parum alienæ regionis possidemus. Ergo, inquit, Lacon, non solum ignavi estis, verum etiam injulti, significans non posse fieri, ut qui metulosus, & imbellis multum tenet alienæ ditionis, nisi fraude partum. Plut. in Lacon.

Vibius Crispus, cuidam, qui in foro Romæ loricatorus am- bulabat, prætexens, id se metu facere, perquam scite dixit; Vi- bius Crispus, quis tibi sic temerè permittit? Ludens ex inopina- to, expectabat enim, ut objurgaret hominem, quod præter consuetudinem Romanam armatus incederet. At ille incre- puit hominem, quod sic timeret, cum licet manere domi, si quid timeret. Eras. Rot. lib. 6. Apoph.

Themistocles, cum Græcos ad navalem pugnam hortat- retur, incitaretque, Adimantus abhorrens à pugna, ita ad Themistoclem ait: At qui in certaminibus ante alios pro- siliunt, flagris caduntur. Bene quidam respondit ille: nec ii coronantur, qui se, dum pugnam est, subducunt. Plutar. in Apoph.

Idem in Eretienensis ita cavillari solebat, ut diceret eos simi- les piscium, qui gladioli vocantur: quippe, qui gladium qui- dem haberent, cor autem non haberent. Notans illorum igna- viam, quod armatis non adesset animus. Plut. in Apoph. Philippus, cum subactis Græcis, quidam auctores essent, ut civitates præsidii contineret, ne desicerent: Malo, inquit, dii bonus, ac commodus, quod brevi tempore dominus appellari, sentiens regnum, quod beneficiis, ac benevolentia te- neretur, esse perperum: quod, vi metuque non esset diu- turnum. Plut. in Apoph.

Caligula illud è tragediae subinde iactabat: Oderint dum metuant. Hanc ne quis miretur, ejusdem vox fuit. Utinam populus Romanus unam cervicem haberet. Hanc emisit, infernus turbæ, faventi Venetæ aurigarum factioni, cum ip- se faveret Prafinæ. Eras. lib. 6. Apoph.

Require Locum de Timore.

Miles. Militia.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Miles Græcis στρατιώτης, & στρατιω militia, & στρατιω mi- lito dicitur. Miles Hebræis, dicitur יסב hamichamaab, vir belli. bonne de guerre Michamaab autem bellum, prælium caedes. Dicitur à verbo לחם, id est, scdit, fregit dentibus, conficiat gladio. Metaphoricè significat, bellum gessit, præ- lium commisit. Nam in bello no gladius comedere videtur ho- mines, & absumere, veluti si quis deglutit frusta panis aut carniam: juxta dictum, 2. Reg. 11. v. 25. Sic enim, & sic vorat gladius, id est, varius est eventus belli, ut ii nunc caduntur,

nunc alii. In voce passiva לחם præliatus est, Panis, Lechem, bellum, Lechem ubi fit commissio, & dissectio hominum, ou l' on taille en pieces les combattans, & yudo, devoto Vide Le- xicon trilingue Lugdun. pag. 480. 481. Venitque à mille quasi millefimus quisque, hoc est, millenario numero fuerit. Legio enim primò, ut Varro, inquit, trium millium fiebat, & singule tribus Tatiensem, Ramnesium, & Lucetum mille militum mittebant. Hinc milito verbum, hoc est, militiam exercere, & militare more militum, & commilito, onis, quia simul militat, hoc est, socius in bello, & commilitium, ipsa belli societas.

Militia autem est multitudo apta, & composita in armis, ad vim faciendam, aut arcendam sub certa lege. Unde ad eam re- quiritur Delectus, Ordo, Arma, Acies, Disciplina.

* EJUS UTILITAS, ET NECESSITAS.

Olim Manichæi militiam tanquam malam aspernabantur, omneque bellum tanquam illicitum censebant. Eundem erro- rem Julianus Apostata, & superiori seculo Corn. Agrippa, & Anabaptistæ tenuerunt, aserentes Christianis esse vetitum ge- nere bellum. Ceterum non modò utile, fed necessarium, adeo- que à Deo præceptum, ex certa causa bellum gerere, dummo- do condiciones requisite adsint, est fidei. Plura hujus rei testi- monia habemus in S. Litteris, sufficere ex utroque testamento unum 1. Reg. 15. dicit Deus ad Saul. Recensui quæcumque fecit Amalech Israël, nunc ergo vade, & percutere Amalech, & de- molire universa illius, nec parcas ei, &c.

Joanne in deserto Domini adventum annuntiant vene- runt & milites, qui interrogabant eum: Quid faciemus, & nos? At non dixit illis, ut militiam desererent, quod tamen fe- cisse eum oportebat, si Christus, cui viam præparabat, cum fuisset ablaturus; sed instruit, quæ ratione vitæ innocentiam cum ea conjungere possent. Luc. 3.

Ullatretur præfens Argumentum ex Loco de Bello, ubi fæ- traatur de bello justo, ejusque conditiones præferuntur.

MILITIÆ, ET MILITUM DIVISIO.

Militiam dividunt in sacram, & singularem, quid autem in- ter hanc, & illam interfit, Lælius Zechus singulari Tractatu persequitur. Nos de ordine, & institutione sacrorum militum, sive equitum, latè differimus in Loco de Equitibus, & equestri dignitate. Ne autem ea, quæ de eodem argumento scripserat T. Svingerus in Theatro hoc, contemptim præterire videamur, subiiciendum duximus hunc ejusdem paragraphum: G quamvis pleraque eorum, quæ hic ponuntur, loco à nobis al- legato in eundem sensum repetita deprehenduntur.

MILITES SACRI CONSIDERATI QUOAD INSTITUTIONEM ORDINIS SACRORUM MILITUM.

Christianorum militum, Philippi I. & Ludovici Crassi Regum Francorum tempore, triplex ordo Hierosolymis in- stitutus. Hospitaliariorum D. Joannis, Templariorum, Teutolus: initia exigua, magnis opibus secutus. Aemium lib. 8.

Militum Hospitaliariorum D. Joannis originem quidam referunt ad Hyrcanum Machabeum, qui primus Xenodo- chium pauperum Hierosolymis instituit. Sed probabilius est eorum sententia, qui recens institutum esse voluit. Hierosolymorum urbs, antequam à Christianis postremò circi- ter annum mxcix. recepta fuisset, à Saracenis obtinebatur. Christiani Latini nominis, qui ibi debebant, ab illis impe- traverunt, ut sibi liceret Domicilia prope Servatoris sepulchri habere, ubi cœnobium D. Genitricis construxere, quod La- tinorum appellatur: & Abbas præerat, cujus erat impri- mis officium, hospites accipere Latinos. Eodem exemplo, bre- vi post tempore, alterum Virginum cœnobium D. Mariæ Mag- dalenæ juxta dedicatum, quod item feminas accipere. Con- fluentem deinde peregrinorum ceteram cum locus non ca- peret, hospitalium domum prope etiam posuerunt, quam D. Joanni Baptistæ consecraverunt, admoniti Zachariæ patris me- moria, quod eo loci sæpe ad meditantum conveniret. Sunt ta- men, qui scribant, Joanni Eleemosynario illam deatam fuisse, qui Phoca imperante, Patriarcha fuit Alexandrinus, ita cogno- minatus ob frequentes quas, pauperibus faciebat, eleemosynas. Huic domui unus præficebatur. Longo post tempore qui- dam Præpositus loci, nomine Gerardus, cum focis cruce in nigro pallio candidam affixit, & cum assumptis ritum, quo nunc degunt. Pari exemplo Agnes, quæ virginum cœnobium præerat, professa est. Res postea, per Pontifices Roman. & Patriarchas probata,

probat, adeo brevieret, ut opes deinde maximas principum liberalitate sine assequi. Raimundus primus creatus magister militiae, hospitaliariorum D. Joannis, qui in universum ordinem obtineret imperium. Censetur D. Augustini quidam. Dominicam precem certo numero repetitam pro canonice recitat horis. Ipsi cum militiam Joanni sacram exercerent, demum Rhodium insulam de Turcis ceperunt, quam Clemens V. illis assignavit, an. MCCXCIII. Sunt qui tradant, eam insulam à Godofredo rege Hierosolymorum primò illis concessam. Sed prior sententia pluribus probatur. Post receptam ex hostibus insulam : illuc se receperunt, dictique inde Rhodia militiam milites. Anno MCCCIII. mense Jan. à Turcis superati, insulae imperium amiserunt. Tulerunt obsidionem amplius tres menses, & tamen Christiani Principes nullas illis copias auxilio miserunt, partim civili bello, partim aliis curis occupati : *Polyd. lib. 7. & Volat. lib. 21. Antrop. Jacobus de Viriaco lib. 2. Hist. Hierosol. c. 30. Gul. Tyrinus lib. 1. c. 5. belli Sacri. Emil. lib. 8.*

Templarii milites circiter annum MCCXLIII. ut Antonius ait, vel MCCXLIX. Pontifice Gelasio II. Hierosolymis esse ceperunt. Nam circa Christi sepulchrum agentes, Christianis illuc peregrè profectis hospitio accipiebant, acceptos armis accinxisse per templa, & sacra loca comitabantur, ut omnem Terram sanctam tuto viderent. Fuerunt hujus officii auctores viri singulari pietate novem numero, quorum Principes Hugonem Paganam, & Godofredum de S. Alexandro (Tyrus habet Aldemaro, & Amilius à sano Odemari) fuisse ferunt. In qua in porticu templi Salomonis habitabant, Templiariorum nomen inde tulere. Certam iis formam observationis Bernardus Abbas constituit. Habuit res levis ab initio non parva incrementa, ita ut facultates maximas, & oppida quamplurima ubique gentium possiderent. In concilio Cretenis iis vendendi regulam præscriptam, & album vestitum assignatum esse ab Honorio, auctor Tyrus est lib. 2. cap. 7. & Jacobus de Viriaco, l. 1. b. 1. Hierosol. cap. 31. Candido pallio Eugenius postulat rubicam crucem affigi præcepit : qua de suo officio monebatur : ut scilicet pro Christo mori parati essent, & ut ipsi contra gentes primi arma caperent. Necesse erat eis terga dare, aut sine belli ducis jussu ad suos reverti. In bellis capti à barbaris, solo cingulo, & cultello redimebantur. Nam cum Saladinus pro redemptione sui nepotis magistrum templi Christiani offerret, graviter magister ille contradixit, non, inquit, esse consuetudinis militum templi, ut aliqua redemptio daretur pro eis, præter cingulum, & cultellum. Et ita in vinculis mortuus est. *Stieberti Continuator. Fide & pietate erga peregrinos, in longè distans provinciis sibi conciliatorum hominum favorem: qui de illis vicissim benè mereri cupientes, amplissima in eos contulere beneficia, ut in immensum penè eorum excreverint opes: ut Bergonensis, & Schedelii scribunt. Regibus ipsos ditiores effectos, ait Matthæus Parisiensis. Accusati demum impietatis, quòd qui Hierosolymis agebant ad Saracenos defecissent, essentque in fœda vitia lapsi, omnes ad unum Clementis V. Pontificatu deleti sunt, eorumque bona partim Rhodiis militibus, partim novis familiaribus attributa sunt. *Emilius lib. 8. Polyd. in Platina in Gelasio Sabel, lib. 4. Ennead. 9.**

His accessit Ordo tertius, Teutonicorum, ex utroque priorum mixtus. Nam & ipsi hospitio excipiebant peregrinos, suæ præcipuè nationis homines, ac necessitate exigente etiam armis pro Religione pugnant. Initium autem fecere Teutones. Cum enim Ptolemaidis obsidio longius protraheretur, multi militum ex dyfenteria laborare ceperunt, & non pauci eo morbo quotidie absumpti, multi quoque hostium telis isti, sine aliorum cura, & commiseratione in calstris vastæ classe Christianis contra Saracenos Ptolemaidem oppugnantibus auxilio venerant, miserorum clade moti, extensis in terra navium velis, tuguriola construebant, ægros colligebant milites, iisque ad sanitatem corporis recuperandam facultatia largè fuggerebant. Ceteri Christianorum Principes, inter quos Fredericus Sueviæ dux, & Henricus Brabantia Primas tenebant, horum pietatem considerantes, communi consilio de novo aliquo ordine Germanorum militum, nobili stemmate prognatorum, instituendo cogitant. *Cbron. Colon. His Hierosolymorum Rex domum hospitalium Hierosolymis concedit, quæ Maria sacra erat, à qua & ordini nomen fieri debebat, ut videl. milites domus hospitalis S. Mariæ in Hierusalem appelleretur. Ac ne quid huic ordini decisset, Henricus VI. Imp. apud Celestinum III. obtinuit, ut hunc ordinem confirmaret, quædam in vivendi regula addens,*

quædam mitigans, Eiusdem auctoritate, alba vestis, cum nigra cruce, qua ab aliis differret, & clypeus albus nigra E cruce tinctus ipsis conceditur, sanctique Augustini regulam sectari jubentur. Multas denique peccatorum remissiones concessit illis, qui aut hujus ordinis facis iniarentur, aut suis eum facultatibus juvarent. *ut Polyd. in aliis ex Borussico Chron. annotat. Nemo autem nisi Teutonicus, & quidem illustribus, ortus parentibus, in horum afficebatur confortium : ea proposita conditione, ut quovis tempore pro religione pugnare paratus sit. *Emil. lib. 5. de gestis Francorum, & Polyd. lib. 7. de Inventorib. rer. c. 5. Ceterum erant horum duo genera, alii sacris præerant, quibus solis bambam alere fas non erat. Hisummus imperabat magister, penes quem solum in delinquentes pro suo arbitrio animadvertendi jus erat. Pena autem clam, eunctis ignorantibus, infligebatur. Ceteri, qui rei militari operam dabant, à oratione, sacrisque ministeriis immunes erant, teste Polydoro: at singulis diebus, noctibusque decem orationem Dominicam, Symbolum Apostolicum, & Angelicam Salutationem repetere, ac vilibus in frato uti frugulicogebantur. His per summum magistratum alius quidam perscribatur, penes quem contumaces pro delicti ratione puniendi erant potestas: ut in Boruss. annotatur Chron. Ipsi post Ptolemaidem, quò se amissa Hierosolymorum urbe primum receperant, & Syriam à Saracenis occupatam, reversi in Germaniam, permisso Frederici II. impio suo ductu, & auspiciis Borussiam subegere, subactam, & jure belli quædam suæ seditionis fecere. Victa gens, quæ malorum olim demum cultrix fuerat, religionem Christianam complexa est, & cum religione Rhenicam linguam. Fuit ad Vistulam fluvium quercus, ubi ab initio victricis gens castellum construxit, & inde, ut sunt res hinc, quæ tenui principio aliam urbem auferunt, oppidum frequens cultu adolevit, Maria burgum vocant, caput nunc gentis, sedesque eorum, qui univèrsi ordinis præfunt. *Volat. & Polyd. ibid. Duo sunt alii eisdem militiae magistris, alter Livonia, alter Alemania præfatus. *Em. Sylvius cap. 29. Europæ.****

Eodem ferè tempore, quo Teutonicus Hierosolymis, Gladiatorum apud Livonenses initium habuit, fuerunt bellorum peritissimi. Vestibus ipsorum crux, & duo gladii affixi erant, quibus pro focis, & aris sibi pugnandum esse monebantur. Ac perpetuum ipsis cum Lituanis, Livonianis crebris irruptionibus molestabant, bellum fuit. Cognita contra Teutonicorum militum Hierosolymis fortitudine contra gentiles, de consilio Romanorum Pontificum Livonenses illis se adjuverunt, factumque est utriusque fœdæ unum apud Livonenses ovile: ut *Munsterus in Cosmographia indicat.*

Innocentius III. Pontificis auspiciis almæ Trinitatis ordo cepit exordium, Joanne Marensi, & Felice anachoreta auctoribus : qui cum aliquandiu ad frigidum cæterum Meldensis agri fuissent, jussu ambo sunt per quietem Rom. Pontificem adire, vitæ institutum ab eo petitari : jam Pontificem, & ipse nonnihil antea prævidit eos assuturos simul oraculo instructus. Ceterum benignè accepti pallio ab eo albo sunt ambo amicti, cærulea, & rubenti cruce insignito, quali habitu Angelus Pontifici sacris operanti addidisse fertur, duos in manibus captivos habens. Quod visum secutus Pontifex, almæ Trinitatis fratres appellari jussit de Captivorum redemptione. *Sabellicus lib. 5. Enn. 9.*

Aleantare milites, cum cruce viridi, in regno Castellæ apud Alcantaram oppidum juxta Tagum. *Volat. lib. 22. Antrop. & Polyd. lib. 7.*

Milites S. Jacobi, primum de Sparta, ordinis S. Augustini : in quo magister primus Petrus Ferdinandi, sub Alexandro III. Pontif. qui rem probavit, cuius vestigalium annuum cl. auroorum millia, regum Hispania munere concessa. *Volat. H. ibid.*

Milites de Calatrave ordinis Cisterciensis, an. MCCXX. à Sancto III. Rege instituti in regione Toletana, loco, & provincia Calatrave nuncupatis, ubi cœnobium Templiariorum fuerat. Qui cum Saracenis minime resistere valeret, novis his militibus cedere, sunt jussu, nigrum amictum, cum rubra cruce gestantibus: quorum magister non minus auroorum xl. millia redditus habet. *Vol. l. 21. Antrop. De iis paulò aliter Rod. Tolletanus lib. 7. rer. Hist. c. 14. An. MCCXXVII. Saraceni in Hispania Calatravam invasuri dicebantur, Templarii, qui arcem Calatrave tenebant, ad Sanctum III. Hispania regem accesserunt supplicantes, ut & arcem, & villam Calatrave susciperet. Erat tunc temporis Toleti Raimundus, Abbas Fiterii, & cum eo monachus quidam Didacus Velasque, à juventute, cum Rege Sanctio*

Sanctio emittitur. Qui videns Regem Calatrave metuentem à sancto Abbati, ut à Rege peteret Calatravam. Paruit ille, & quamvis stultitia nomine irriteretur, à Rege tamen obtinuit. Mox, à Joanne Archiep. Toletano & subsidium, & Crucis signum impetravit. Cum multi sacra militiae nomen dedissent, neque Saraceni interim comparuissent : multi eorum ordinem receperunt, & statim ceperunt contra Arabes prelia exercere. Abbas reverendus monasterium, armenta, & greges, & cætera mobilia, quibus tunc temporis Fiterium abundavit, & ad viginti millia hominum duxit secum Calatravam. Et hic fuit in Fiterio primus Abbas. Aldephonus postea Sancti F. & successor, educavit eos, & possessionibus ditavit : Zuritam, & Almochariam, Machedam, Acecham, & Cuculutum obtulit eis, & sustulit sarcinam paupertatis, & superaddidit divitias competentes. Deum assidue laudabant in Psalmis, accinchi ense, & orabant ad defensionem patriæ, Victus durus, cilicio induti. Cultus silentii comitatur eos, frequentis genuflexio humiliat eos, & nocturna vigilia macerat eos, devota oratio erudit illos, & continuus labor exercet eos : alter alterius observat semitas, & frater fratrem ad disciplinam. *Rod. Tollet. ibid. c. 17.*

JACOBUS Rex Aragonia duos militum ordines circiter annum Christi MCCXLIII. instituit, quorum alteros D. Mariæ de redemptione captivorum, five de mercede appellavit, ut potè quibus de captivis redimendis cura esset : amictum induunt album cum nigra cruce. Alter S. Sepulchri Ordo Montese in regno Valentia, an. MCCXIV. dii stetit, cum rubra, ac gemina cruce, cujus caput Perusii, ab Innocent. VIII. militia S. Joannis agglutinatus. *Volat. lib. 21. Antrop.*

In Hispania Compostellani Ord. equitum magister est hono primus à Rege, cum summa potentia conjunctus. Utriusque enim Hispania nobilitas serè omnis, honestata equestris dignitate, ditataque nobilitate, perpetuisque redditibus uni magistro parer. Signatur autem equites bello, pæcepit purpurea cruce, quæ ante pectus militaris spathæ capulum exprimit. Id insigne religioso ritu suscipitur, in honore est : nec nisi præclaro merito à magistro, aut Rege impetratur, seil. ut militibus pro Christi nomine adversus Mauros operam navantibus sacra redditus premia persolvant. Hujus verò ordinis magistri regio nominis potentia, & atque opibus æquantur : ob idque formidabiles evadunt. *Paul. Jovius in Cosmalo.*

Eo tempore, quo Hispania maxima ex parte erat sub Arabum Imperio, cum esset perpetuum inter illos, & Christianos bellum, quidam viri nobiles veniebant, se pro Christi gloria, quodum viros suppetere, summa contentione & pugnantibus. Quòd ut multo salubrius facerent, à nuptiis abstinebant. Horum vita partim in religionis studio, partim in armorum exercitatione consumebatur. Horum exemplum cum multi sequerentur, fuerunt varii militarium religionum ordines instituti à Regibus, multis beneficiis ornati, & à Pontificibus, maximis approbati : quorum virtute Mauri fessissime fusi, fugatique sunt. Erant autem omnes imagine Crucis, ex panno partim rubro, partim viridi facta, & vestibus affuta, secundum pectus insigniti. Florebant etiam in Hispania Ordo Templiariorum, & Hospitalensium, qui Hierosolymis eadem fundamenta, post captam à Christianis civitatem illam, habuerant. Quamvis autem varia essent horum ordinum instituta, & insignia : in hoc tamen conveniebant, quòd sicut Christo publice dabant, fore ut nulla unquam libidine se commacularent, nec magistris militiae imperium detrectarent, nec se ullis avaritiæ foribus illini paterentur. Postquam verò per Philippum Pulchrum Francorum Regem, Templiariorum ordo eversus est, inivit Dionys. Lusitanus Rex rationem, ut Templarii Lusitani neque bona, neque dignitatem amitterent : sed ea nova cuspidam militiae nomine retinerent, quam Christi militiam appellavit, eoque imaginem Crucis candidè inclusam in alia cruce imagine color rubra gestare voluit. Postulavit deinde à Pont. Max. ut eam auctoritate sua confirmaret. Crevit hic ordo, multisque bonis auctus, & amplificatus est. Emanuel Rex Lusitaniae videns, quòd discrimen impenderet tam militibus hujus ordinis, quàm reliquorum omnium (si enim contra fidem Christo obligatam libidinem minime refrænerant, necesse erat, ut scelus nefarium susciperent : & simul ne illis, qui ex Religiosis militibus nascerentur, effectus illa macula generis inuita, quæ nobis omnibus quamvis sint nobilissimi parentibus procreati, subenda esse postularit ab Alexand. VI. Pontif. Max. ut solveret ea perpetuè castitatis religio omnes equites Lusitanos, qui deinceps alioquin religiose militiae sacramento tenerentur. Illi namque, qui jam erant

solemnis voti religione constituti, fieri non poterat, ut salva ipsius religionis fide eandem licentiam impetrarent. Concessit Regi Pontifex, acque deinceps licuit omnibus, qui in aliquam religionem militiam adscriberentur, uxores ducere, exceptis solum Hospitalensibus ordinibus, qui quibuscumque partibus sine eadem perpetuè castitatis religione constituntur. *Ofor. lib. 1. rer. Enn.*

* SÆCULARIS MILITIÆ VARIETAS. Puta GENERA VARIA MILITUM.

MILITUM genera apud veteres tria erant. Alii enim *Evocati* dicebantur, qui non milites, sed pro milite erant. *Tumultuarii*, qui necessitate aliqua electi, unum duntaxat bellum militabant: Alii *Sacramento relegati*, qui post electionem in Rempubl. jurabant, quòd militare sacramentum dicebatur. Hi pleenam militiam habebant. Erantque quingue, & viginti annis obligati.

Evocati autem constabant ex civibus, focis, equite, pedite, sed rogabantur, & ob id *Evocati* appellabantur, alii *Revocati* dicunt, quòd defuncti militia iterum ad eam revocarentur. Meminit horum *Livius lib. 3.* & dicit illos voluntate secutos castra. Item *Jul. Caesar.*

Evocati autem plerumque, qui beneficiis erant obstricti, atque ita Octavianus ex colonis Campanis, parvis sui beneficiis collegisse dicitur apud *Caesar. lib. 3.* ad decem millia *Evocatorum.*

Ipsorum immunitas magna erat, siquidem secreti à Legionibus ad vexillum retinebantur. ut *Tacitus* scribit: cæterorum immunes nisi propulsi hostis. *Lib. 1. An. Quin.* & præmiis allectos *Caesar* testis est, & magistratu donatos. *Lib. 3.*

De *Tumultuarii*, meminit *Livius lib. 5.* dum dicit eam Senatum mentem fuisse, ut in Hispania milites tumultuarii legerentur. Ita dicti, quòd properatè, & rapim colligerentur, urgente necessitate, aut periculo.

Horum autem Generum alii Equites erant, alii *Pedites*. Eorum verò discrimina reperitur quatuor, cum alii essent *Velites*, alii *Hastati*, alii *Principes*, alii *Triarii*.

Velites erant levis armatura, idque juvenes, & pauperiores. *Hastati* istis proximi, ætate florentissimi, eos Varro dictos vult, quòd primi pugnarent hastis, tamen postmodum gladiis, & pilis, manseruntque hæc iercularia apud *Velites.*

Triarii dicti ab ordine, quia tertii ordinis in acie dimicabant, sicuterum Varro, erantque veterani, & spectata virtutis. Hoc tempore plures militum differentias agnoscentes, munere tamen cum prioribus consentientes. *En I. Lippo de milit.*

* DIVISIO.

In his generibus olim manipuli erant, exiis cohortes, ex his Legio tota. Quippe dividebant ætates singulas, five Genera olim, quamque in x. partes, exceptis velibus, quos in omnes partes æqualiter distribuiebant, unamqueque harum appellatam Ordinem, & Manipulum, & signum. In legione sunt centurie lx. manipuli xxx. cohortes x. eisque vetustima divisio, immò à Romulo ipso, teste *Ovidio*, qui cum de anno decem mensium disereret, & quæret huic rei argumentum, hæc profert: *Inde Patres centum denos creverit in orbis Romulus, Hastatos instruit que decem.*

Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat Corpora, legitimo quique meritis equo. *Lib. 3. Fast. Legatur de his Lips. lib. 2. milit. Romana.*

Aliam rei militaris divisionem tradit *Vergilius*, cujus verba adscribam. Sic n. habet: Rex igitur militaris (sicut Latinorum egregius auctor, carminis sui testatur exordio) armis consistat, & virtus. Hæc in tres dividitur partes: Equites, *Pedites*, *Classes*. Equitum alæ dicuntur, ab eo quòd ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies: quæ nunc vexillationes vocantur à velo, quia velis, hoc est, flammulis utuntur. Est & aliud genus equitum, qui legionarii vocantur, propterea quòd connexi sunt legionibus, ad quorum exemplum creati equites sunt instituti. *Classium* item duo genera sunt. Unum liburmarum, aliud lusoriarum. Equitibus campi, *classium* maria, & flumina, *peditibus* colles, urbes, plana, & abrupta servantur.

Ex quo intelligitur, magis Republicæ necessarios *pedites*, qui possunt ubique proficere. Et major numerus *peditum*, sumptu, & expensa minore nutritur. Exercitus ex re ipsa, atque opere exercitii, nomen accepit, ut ci nunquam liceret oblivisci, quòd vocabatur. Verum ipsi *pedites* in duas divisi sunt partes, hoc est, in auxilia, & legiones. Sed auxilia à focis, vel sedentis genti-

gentibus mittentur. Romana autem virtus, praecipue in legione ordinatione, praepollet. Legio autem ab eligendo appellata est: quod vocabulum eorum desiderat fidem atque diligentiam, qui milites probant: in auxiliis minor, in legione longae amplior confuevit militum numerus adscribi. Veget. lib. 2. c. 1. rei militaris.

Quid inter legiones, & auxilia intersit.

Denique MACEDONES, GRAECI, DARDANI, phalanges habuerunt, ut in una Phalange armorum octo millia conferentur. Galli, atque Celiberi, pluresque barbaricae nationes caeteris utebantur in praelio, in quibus erant fena millia armorum. Romani legiones habent, in quibus singuli fena millia, interdum amplius, militare confueverunt. Quid autem inter legiones, & auxilia interesse videatur, expeditiam.

Auxiliares conducuntur ad praelum ex locis diversis, & muneribus diversis venientes, nec disciplina inter se, nec affectione consentiunt. Alia instituta, alius inter eos usus armorum, & plerumque legionibus tanquam levis armatura iungebantur. Legio autem propriis cohortibus plena, uno pari robore confensa castra munit, aciem instruit, nec ullo eget adiumento. Unde Romani per legiones semper hostium vires contuderunt. Vegetius c. 3. lib. 2. rei militaris.

* INSTRUMENTA.

MILITAE instrumenta sunt Galesa, in qua conus, & christa, thorax, lorica, baltheus, cingulum, scutum, clypeus, palma, creta, scutum breve, oerea, tragula, gladius, ensis, sparus, gressus, verutum, pilum, acilides, pugio, scorpium, catapultae, compassus, glandes plumbeae, phalarica, semiphalarica, solifretrea, lancea, rumigesfri falces, bipennes, framea, romphaea, anfalcula, cateja, scibones, fudes sicca, machaera, hemipathae, veruinae, ligula, climacula, vcnabulum, farisla, saxa, cetra, regmen, pelta, vehicula, currus, equi. In aquis, gauli, corbita, caudite, naues longa, biremes, triremes, lembi, naues onerariae, hippaginae, coecuri, celoces, schediae, oxia, remiculi, scaphae, limes, actuaria, profumia, & helleoretz, vel orioees, catta, pontones, nocturicae, mediae, phasellipatones, myoparones, caupulica mareplacida, cidacum, rataria, catalcopium, cymba, pitrix horia, liburni. Haec omnia militiae usui esse possunt: Sunt & alia, ut hodie, centones, vinca, quos caros vocabulo barbaro vocant plutei. Plurima desunt, quae in historiis occurrunt lectori.

Addam murorum defensionem, agger, muscoli, tutres, ambulatores scaele, quibus muros primos Capaneus dicitur ascendisse. Exollita, pons, tollenon, sclopetum praetervolans, bombardia, aliaque id genus.

* DISCIPLINA. Vbi de Castris, Munitionibus, Exercitiis, Legibus militaribus.

Quamprimum iuncti milites, & delecti, castra metantur, neque sine illis agunt, ne hosti temere exponantur. Frontinus vult Pyrrhum Epyrotarum Regem primum sub eodem vallo exercitum constituisse: Romanos tandem hanc etiam metationem usurpasse.

At castra duplicia erant, & a mansionis mora differentiam suam habebant. Si enim diutius manendum erat, stativa: si parum, Mansiones, vel Castra sine addito dicebantur: Erant etiam alia Hyberna, alia Aestiva. Fuisse autem primum hycumiam sub pellibus anno ab V. C. trecentesimo LVIII. Annus Florus testatur.

Nunc in Castris ipsis munimenta, excubiae, leges variae, caetera tamen, & districtum servanda, ac non nisi, cum vitae discrimine negligenda.

TESSERAe etiam datae, quae erant tabellae latiores secundum Polybium, idque lignae, quibus inscribentur mandata, aut signum vigiliis dabatur. Unde Statius.

— Dat tessera signum Excubius, posteaque vicee. —

Libellos appellat Sueton. in Tiberio, dum ait: Praecepta sequentis diei omnia, & si quid subiti muneris erat injungendum, per libellos dabat. Loquitur autem de bello Germanico.

Operis exercituum disciplina quoque imperabat, puta circa fossiones, & castrorum munitiones, & omnem, ut scribit Polyd., eiusmodi artemnam.

CAESARE Atriacorum oppidum obsidente, vallum XII. pedum altitudinis, & pro rata latum in circuitu quindecim milium passuum miles paucis diebus duxit, turribus, & castellis munit.

In ingresso HELVETIORUM a Lemanno Lacu ad montem Juran per XIX. passuum millia murum in altitudinem XVI. pedum,

fossamque perduxit, idque cum unica legione, quam secum habebat, militibusque qui ex provincia conuenerant. Lib. 1. E de bell. Gal. Plura habet Lib. 8. & 9. de bello Civili.

Nonne & Hannibal — Pyronaeum Transiit: opposuit naturae alpemque, nivemque? Deduxit scopulos, & montem rupis aceto? Juven. Sat. 10.

OCTAVIANUS bello in Cantabris illato, Medullam montem XX. milliarium fossa in circuitu cinxit: Perurium urbem XVI. stadiorum spatio circumvallavit, additis pl. lignis turribus, quae pedes LX. distarent inter se. Testis est autem Veget. lib. 2. cap. 11. fuisse inter milites sui aevi fabros lignarios, carpentarios, ferrarios, & alios artifices ad munitionum usum.

Exercitia denique armorum multifaria erant, ut perite ea tractare ad defendendum, & offendendum possent. Neque solum in bello, sed in pace etiam arma tractabantur, ut pulchre Seneca insinuat Epist. 18. Miles aet, in media pace sine ullo decurrit hoste, vallum jacet, & servacuorum labore lassatur. THEODORICUS Rex apud Castellodorum, Dificatit, in pace miles, quod proficere possit in bello.

Auctor est Vegetius, juniores, & novos milites manet, & post meridiem ad omnes generum armorum exercitios: Veteres autem & cruditos semel in die. At duces ipsi exercebant, ut sciendum ostentarent, & exemplum darent. Talis Scipio, qui post Africanus, a Silio describitur Lib. 8.

Ipsi inter medios futurae ingenia laudis Signa dabat, vibrare sedem, transmittere saltu Murales fossas, &c. — Saepe arduus idem Castrorum spaciun, & saxo transiit, & saxa.

Laudat etiam P. Valerium Consullem Livius: Pompejum Salustius, & Plutarchus, quod cum milibus se armis, saltu, cursu, veche exercebat.

Deinde ipsi Imperatores fecerunt, ut de Trajano Plinius prodit in Panegy. quod cum eo milites ferrent sciam, cum in illa meditatione campstri militatibus turris Imperatorum pulverem, & sudorem miserent.

Noque solum ad peritiam armorum, sed ad cursum etiam, saltum, natationem astutiebant, finem, & usum horum Veget. Lib. 8. tradit.

Quoad leges, quae velut disciplinae vincula, inter milites plures reperiebantur, ut etiam hodie: tunc verò accuratius servatae. Sunt autem illae de furto, nempe ut Polybius scribit, ut de castris nemo quid furto tollat, & si quid invenit alienum, ad Tribunos referat, qui fecus faciebat, fuisse multabatur. At postiorae aeo reperimus Tiberium, narrate Suet. militem Praetorianum ob furtopter ad viridario pavonem, capite punisse. Pescennium Nigrum decem commanipulones ob unius gallinaei direptionem securi percussisse, Spartianus est auctor: miracula haec sunt nostris moribus, quibus militi grassari in omnium fortunae, templa, & domos invadere pro ludo est.

Praedationi insuper lex posita, ne liberè eam faciendi potestas esset, Salust. inter turpia, & dedecora militiae numerat de bello Jugur. quod Albiniani milites a signis abessent, & permitti cum iis lixa agros vastarent, villas expugnarent, pecoris, & mancipiorum praedas agerent. Romani itaque huic insolentiae, & avaritiae coercenda praedam omnem in publicum ferè vindicabant, Quaeque vendebat, & pecuniam in ararium deferrebat. Si quando tamen militi concedebatur, fiebat sub leges, ac certa divisionis norma, exemplum apud Polybium vide. lib. 10. ubi de Carthagine capta, & praedia illius opulenta agit. De Discipline militaris severitate. H. Vide infra.

Visum fuit ex OSINANDRO, alias militaris disciplinae regulas, & observationes supradictis subiacere, quas exercitui suo, & filio tradidisse existimatur apud eundem Auctorem.

LEO IMP. Deinceps jam, quae abs te gerenda sunt, dum nec opinatas incurfiones hostilem in terram facis, & quemadmodum hostiles impetus declinare in tua ipsius regione possis, si quando belli tempus subitum, ac improvisum fuerit, paucissimum quantum pro hac materia fieri potest, expeditiam.

2 Antiqua nos oratio hoc docet, quam & prudentissimi Imperator. olim servaverunt, nuncq; adeo quicumque servant, in rebus gerendis florent, & potiores habent sine nostra offensione incurfiones, atque irruptiones in hostilem terram faciendas. Nam adversus patres nuperos, ac viribus copias petsep hoc valet, atq; etiam adversus majores nonnunquam aliquid efficit.

3 Propterea semper atque ubique idoneas occasiones, oportunitatque temporum, quae adjuvare rem nostram possunt, non

non praetermittes, sed hostes tuos anticeps priusquam parati ad occurrum, praemptive effe possunt, illos imprimis, quos putaveris tum plures, tum fortiores esse.

4 Improvisis enim incurfionibus, dolis, molitionibusque hic magis opus est potius, quam apertis, ac manifestis praелиis, quibus pericula gravissima, inevitabilia essent.

5 Cum hi doli diversi, varique sint, itis utaris idonee pro temporum, locorum, personarum, rerum opportunitate.

6 Legatis hostium ad te missis, mollem, humanamque responfionem illis adhibebis, & benigne, atque humaniter dimittes, confestimque illis confsequeris, & opinione citius hostes adorieris.

7 Legatos tuos ad hostes mollioribus cum verbis mittens, incurfionem subitio facies.

8 Interdum etiam in hostibus castra, five in tua, five in hostili terra coacta fuerint, confiderabis diligenter, quemadmodum ponantur. Quod si ulla occasio inveniri potest, noctu luna lucente duas, aut tres horas ante diem in hostes, cuius sagittariis bonis ac multis invadas: horum enim maximus usus est his temporibus.

9 Ubi cognoveris in itinere, confusus, dispersosque hostes ambulare in medio viae, invades in eos laesque.

10 Interdum incesfionem simulans ex iis locis, in quibus versaberis, subito conversus in hostes irruptionem facies.

11 Interdum in locis quibusdam occultis teipsum cum B militum multitudinem, subito hostes invades.

12 Quidam armata bouum, atque aliorum animantium exponentes: atque hostes ad horum direptionem invitantes, ubi viderint ad arma diaspanda dispatos esse, statim in illos invadunt.

13 Aptè sunt incurfiones, quando in intervallo hostium fluvius ad transeundum incommodus invenitur. Hoc solent equites potissimum facere: ibi enim pontem conficiunt, vel ex trabibus magnis, quemadmodum mos est multos pontes fieri: vel parvis quibusdam navigiis, id est, ratiis: turresque lignae, vel aridorum lapidum, vel ex aggere quodam ad extremas oras pontis excitant, ut quando usus fert, per eum securè tranfeant, rursusque discedant quando volunt, ut pro Imperatoris arbitratu permaneat pons quando ille voluerit, & configat, cum hostibus, vel discedat iterum securè, ponte jam dissoluto.

14 Sed in iis invafionibus incurfionibusque in hostilem terram, neque incendenda neque populanda cae partes, sunt pes quaterum rediturus, ut ne teipsum hoc pacto affligas.

15 Hujusmodi etiam pontes fiant in publico praelio, & castra propter tales fluvios ponantur, si altus, & minime permeabilis ulla ex parte invenitur, ut hujusmodi fluvii ripam habeas ex adverso hostium, ut sine ullo impedimento, & offensione ipso die praелиi aciem educas: fugae autem tempore in castris maneat securi, ac ab omni terrore liberi, neque cogantur hostibus jam imminetibus inviti, ac festinabundi pontem facere. Ac propterea castra in ripis ex adverso hostium ponant:

16 Nocturnae incurfiones ab antiquis Imperatoribus excogitatae sunt: è quibus nos tibi haec fuggerimus, ut ubi ab hostium castris, unis tantum castris distas, legationem unam atque alteram pacificam ad eos mittas, & ipem illis pacis iniiciens, illosque liberos, solutosque a timore reddens, de improviso in illos irruas noctu ante diem iter ingresses.

17 Interdum si noctu voleris eos adoriri, dies ante aliquot propter hostium castra ponens quasi ad praelim publicum committendum, fitum simulavere te itinere hostes, neque propinquare audere accedere castris illorum, supinos reddes eos, & negligent, atque ad eo noctu invades.

18 Hoc autem Chaganum Abarorum scilicet novimus Heraclio imperante, cum ad Heracliani Thraciae civitatem Romani equites nolent in fossato tuo, cum pedibus castra ponere, sed incircumspectè extra castra. Prudenter quoque feceris, si cum strenuus, forteque milites tecum habeas, impuleris magno in timore nostrum castrum confugere, atque illis narrare retroire velle, & ad alium locum paulò ab illis longius castra transferas, & subito tum noctu hostes invades.

19 Nocturnas incurfiones in hostes facies pedibus, & equitibus, sagittariis, & jaculatoribus, si qui pedites, aut equites sunt, qui non in fossato castra ponunt, sed sparium distictè cubant extra castra.

20 Has potissimum incurfiones in eos facies, qui neque arcum, nequeacula habent, sed cominus congradi solent: qui sunt, nisi dissipati, fusisque castra ponant.

21 Noctes elige tibi ad has nec opinatas incurfiones: hoc est, quando novit lumen totius noctis latifacere ad uniyer-

sum iter tuum, vel quando stellae lucent, ut ne exercitum in tenebris ambulans, addictus, perurbatufque vagetur.

22 Expediunt, paratumque exercitum semper moveto, qui nihil supervacaneum secum gestet. Sic autem pro loci intervallo iter tuum aptabis, ut moderatè ambulando exercitus de via lassus non fit, sed duas ante lucem horas uno, altero signo ab hostium castris absis, atque ibi clam collocahis, quieteque trades exercitum, ut primum dies illi secat, hostes invadas.

23 Ad hujusmodi itinera duces viz habeas, qui accurate viam noverunt, ut ne erret exercitus.

24 Summo in silencio sint, neque buccina perfonet, neq; tumultus quisquã aliis fiat. Sed si signo aliquo ad excitandum exercitum opus fuerit, vel sibilo, vel fusti strepitu, vel voce significetur exercitum, quemadmodum, vel procedere, vel stare oporteat.

25 Ut verò strepitus, ac stridor nullus fit, nec in longitudine aliquam producta acies errorem, atque in qualitate caest, quae res clamorem, & mandata ad gubernandum exercitum multa requirit, & cognitum hostibus copiarum nostrarum ad ventum facit, propterea ne ad frontem, id est latitudinem multam, sed ad cornu, id est, ad directam aciem, quemadmodum in contubernio, & manipulo fit, altitudine copiarum studiose observata.

26 Ubi propè hostes venerit exercitus, clam, atque occultè ad requiem dabis exercitum, & pro loci ratione aciem instrues: deinde per duos, aut tres dies incurfionem facito, non in omnes partes, & quatuor latera exercitus, ne obfessi undique, atque interclusi, cogantur in densitate, & contrahantur, sed securitatem habeant, potestatemque una ex parte qua velint aufugiendi.

27 Si multitudinem magnam exercitus tui habeas, una sola aut altera buccina sonet, ut hostes te putent parvum habere exercitum, & decipiantur. Sin parvum habeas exercitum, plures buccinae sonent, ut magnam multitudinem hostium venire arbitrentur.

28 Copias quasdam constitues eo tempore ad manus conferendas habiles, quaeque suos iterum redeuntis excipiant.

29 Incurfiones in hostes, si equites sint, tuto facias, quasi ad publicam pugnam procederes, ut si progressio tua minus feliciter procedat, sed hostes praesentem adversum te instruat, in suscepto praelio quasi imparatus, ad dispersum non supereris.

30 Si hostes pedites fuerint, tui autem equites, certum est vel te hostes laesurum, vel sine offensione discessurum, cum pedites insequi alios equites non possint.

31 Sin equites hostes fuerint, oportebit ad omnes casus adversos promptum, & paratum esse.

32 Si interdiu, aut noctu incurfio in castra, in impedimenta, in milites iter facientes fuerit, separatas quasdam cohortes ad rerum direptionem habere oportebit, ut ne omnibus hac in re occupatis, incurfio ab inimicis fiat, & periculetur.

33 Incurfiones majores, & absolutas tu ipse per te facies, poteris etiam per turmarchas ad hanc rem idoneos hos efficere, qui vicem tuam fortunidine, solertiaque tua explere possint.

34 Si ad depopulationem, & praedationem hostilis terrae ter sine offensione tua facturus sis primum idoneum, a tempore eligito. Hoc autem idoneum, oportunitateque tempus erit, cum si vel confugere cum hostibus cogitas, minus habiles ad resistendum tibi reperierint, vel imparatos, vel omifos illos invenies, quae madmodum ante ad movimus.

35 Ante omnia irruptiones in hostilem terram, commeatu, ac rerum necessariatū exercitui curam geret, vel ut aliqua vestu communi, vel ut à militibus singulis deportentur, aut alia quavis certa via tum hominum tum jumentorum pabulum vehatur, ut ne sua in regione hostibus omnia ad commeatum spectantia vastantibus, in magnas angustias noctu adducatur exercitus.

36 Hostili in regione ne coneris nocturna itinera facere, nisi semel, idque clanculum necessitate impellente, ut hostes lateas, & difficilem aliquem locum munitionis gratia anticipes, vel ut ad alium locum infenfionibus hostibus tranfeas.

37 Primò perfrutanda, & praestrandaque viae sunt, deinde H tuto ingredienda.

38 Omnino elaborandum abs te est, ut quosdam ex hostibus copias, atque ex illis hostium copias, consiliaque, & quid agendum suscipiant, cognoscat.

39 Ad eos, qui capiunt explorandos, & examinandos teipsum adhibebis, neque per alios delectos viros facias. saepe enim necessaria quaedam praeter opinionem incidunt, & ab iis examinatis proficiuntur, quae multis pateferi non debent.

40 Iis, qui ad te confugiunt ne nimis facillè credas, nequissimi qui repentina quadam incurfione capiuntur: saepe enim tum, qui ad te confugiunt, tum qui capiuntur, per multa falsa loquuntur.

41 Nequissimi, quae ab uno aliquo dicuntur, sed quae à pluribus memorantur, credas. Eorum autem confessionem potius attendas, qui

qui bello capiuntur, quam qui voluntarii ad te confugiunt.

A 42 Eos, qui ab hostibus ad te confugiunt, & secreta atque abdita quadam se enunciare velle dicunt, in custodia teneas, aut alia tuta ratione apud te ferves: & promittas, si vera loquantur, te illis muneraturum: sin mentiantur, mortem minitaberis.

43 Si hostium exercitus cogitur, tuque extra munitionem sis, ne militem ullum ad praedationem, direptionemque hostium mittas, sed primo invade illos, & si bene belli exitus processerit, ne differas tempus, sed dum in tumultu timor que fuerint impressionem illis facies, donec omnino disiecti, dispersique fuerint, tuque in tuto, ac extra periculum fueris.

44 Si in hostes coacti fuerint, praedium tamen, ac dimicationem rejecerint, contende junctis copiis, atque adunatis adversum eos prodire, & quae ante pedes sunt, omnia vastare.

45 Si per eandem viam reditio tua erit, neque alimenta, aut rationes ullae sint praeterca, ne tum haec alimenta, quae ante pedes sunt populaberis, sed ubi reversus fueris tum potius valilabis.

46 Ut ne in aliena regione erres, in diverticulis, & ambiguis viis signa pones: si sylvae sint, in arboribus: si plana, expositaque loca, in acervis lapidum: aut suffusionibus quibusdam parvis notabis, ut qui postea sequuntur ex tuis, minus aberrent.

B 47 Quos ad praedandum segregaveris, atque miseris, praecipue, ut ne omnes praedationibus occupentur, sed divisi sint, ut alii praedentur, major pars illorum instructa ad custodiam vel consistat, vel sequatur, sive in regione, sive in castra hostium, sive in armenta, sive in impedimenta incurso ulla fiat.

48 Hoc autem facies, quando universis cum copiis ad praedandum procedis, ut ne omnes simul in praedationibus occupentur.

49 Atque ubi pabulandi tempus fuerit, alii pabulum colligant, alii apparatus, instructique sequantur, ut ne si omnes se ad pabulum colligendum converterint, & subita quadam irruptio, aut insidiae fuerint, ipsi imparati, sparsique opprimantur, quia se revocare ad ordinem, stationemque suam non possunt.

50 Quando repentinas aliquas incurfiones, vel contra Scythicas nationes, aut alias hujusmodi gentes facturas es, ut omnia magis suspitione careant, condensa loca, difficultateque regionum speculatori alicui prius perlustanda sunt, itaque acies instruenda, ut sciant omnes, quae cohors prima, quae secunda, quae tertia esse debeat: atque ea ordine ambulent, si per angustias aliquas transaturi sunt, tum ut ne confundantur, tum etiam, ut ne tardius, ubi in ordinem adducendi sunt, instruantur.

C 51 Subita incurfio aliqua si futura sit, si per duo loca iter commodum fieri potest, in duas partes exercitus dividatur, & alteri parti praestitit *μειζωτης*, quem antequam *υποστηρη*, id est, Principem sive propraetorem vocabant, qui etiam turmarum dicitur. Quotcumque enim, & qualescunque homines fuerint, qui incurfionem facturi sunt, duos illos praefectos primum, secundumque deliges. Atque altera quidem pars, quemadmodum ante dixi, expedita, & sine ullis impedimentis procedat, & postquam ad quindecim, vel viginti miliarium intervallum ab aliis abfuerint, per loca incognita, atque ex obliquo posita praedari incipiant, quasi ad Imperatorem venire vellent. Imperator autem reliquam partem habens, aliunde regionis incipiens irrumpat, & praedetur, atque adeo utique cominus ad se mutuo venientes, quae in medio posita sunt loca, depopulentur, donec ad vesperam unum in locum perveniant. Hoc modo fiet, ut tuta incurfio in illos fiat, & hostes, qui in alteram partem aufugerint, in alteram de improviso incidant, neque convenire unum in locum possint.

D 52 Si una tantum idonea via sit, per quam irruptio in hostes faciendae sit, hoc modo exercitus dividatur: Bessis ejus, aut eo amplius ab hypostrepto, id est, principe, sive propraetore strenua, atque expedita capitur, & sub eo quoque suum bannum sit: princeps autem assumptis reliquis omnium cohortium suarum praefectis, ante reliquos omnes procedat, atque ubi primo in loco confiterit, & copis suis unam, atque alteram cohortem segreget, ut alii praedentur, alii praedatores ab injuria confervent.

53 Quamvis spaciofa loca fuerint, ne tamen multas cohortes primis in locis separe: festinante enim a tergo exercitui nullus locus relinquatur adversus eos se instruendi, & sine ulla mora princeps semper ulterius progrediatur. Similiter reliqui in locis hoc faciant, quando illi cohortes traditae adfuerint. Principem vero ipsum ante omnes alios procedentem, tria, aut quatuor banda ad mille virorum numerum secum habeat usque ad perfectum rei hujus sive incurfionis exitum,

ut excubiae ceteris accuratae, tuta fiant.

54 Haec a principio si fiant, tu Imperator, aut si quis alius E incurfionis hujus administrationem habeat, sequeres eos, qui praedantur, & dispersos congregabis, & ulterius ad principem, sive turmachiam progredieris. Similiter ille hoc eodem faciat, & transundo colligat dispersos praedatores, atque eodem in loco noctu conveniant, & castra ponant. Itaque plus quindecim, aut viginti miliaribus a se separati, hujusmodi subitas incurfiones ne faciant, ut eodem die & praedam diripiant, & eadem nocte simul castra ponant.

55 In hujusmodi incurfionibus hostes objectos non utile fuerit vivos capere, & comprehendere, sed omnes tales, vel interficiendi, vel praeterundi sunt, ut ne mora aliqua iter facientibus afferat, & tempus temere absumat.

56 Si castellum, aut arcem, aut munitionem aliquam capere cogitas, ne illud in vulgus efferas, donec in ipso loco fueris, & negotium ipsum in manus sumperis. Sin necesse fuerit prope munitionem hostium copias tuas transire, vel etiam castra ponere, unum aliquem praefectum cum expeditis viris in ipso transitu collocabis, qui incurfiones hostium prohibeat. Hoc quoque etiam in angustis locorum fieri abste debet.

57 Prope munitionem hostium, aut sylvam ne castra ponas. Sin necesse sit tibi habere castra, accuratae excubias, & custodias propter hostium incurfiones adhibebis, & diligentissime providebis, ut in exposito, & editiore, munitioreque loco castra ponas.

58 Quando hostilem in terram ingrederis, apparatus omnem, atque impedimenta a tergo te consequi facies: imminetibus autem hostibus in medio exercitus tui ea procedere facies.

59 Ab armatis militibus impedimenta, reliquique apparatus, atque etiam captivi, si qui fuerint, separantur: neque in itinere hoc solium fiat, sed etiam quando castra ponis, ne hostibus adversus instructos milites venientibus magno impedimento fiant.

60 Hostili in terra mensuratos incircumspecte ad loca accipienda sine idoneo praesidio ne mittas, sed per transgus, qui sponte sua ad te defecerunt, locorum naturam tuto perscrutaberis.

61 Quando exercitus castra positurus est, nec perturbate, aut confuse ad castra fossati transiant, sed si hostes immincant, & pedes exercitui nostro adfuerint, currus omnes ex ordine ponant, & fossas indiq; ad modum valli ducant. Expediti autem milites, id est, qui gravi armatura non utuntur, omnes parvo intervallo instructi ab illis distent, tumque apparatus, & impedimenta ex ordine ingrediuntur in castra: ubi autem excubias, vigiliaeque emiseris, tunc armati ipsi ex ordine ingrediuntur, & castra ponant, quemadmodum tibi in cap. de castris ponendis explicuimus.

62 Sin hostes prope non adfuerint, fatis erit uno drungo, id est, cohorte miliaria, instructo, hanc formam observari, ut ea quemadmodum praediximus consistente, reliqui castra ponant.

63 Hostibus jam imminetibus, atque unum in locum prope congregatis, si munitio aliqua prope fuerit, aut sylvae, aut aliqua locorum difficultas, ne quos temere ad passum emitti sinas, sed & excubias tuto mitte, equos autem intra valli ambitum retine. Effice autem, ut provisor, quod frumentum, pabulique est, finitimis in locis congreget, fed ita, ut cum impedimentorum administris omnibus ex partibus armati milites circum illos obambulent ad subitas hostium incurfiones repellendas.

64 Sin uno in loco diutius commoratus fueris, & tempus idoneum, locumque similiter ad alimenta oportunos est, hostiumque copia cominus abfuerint, equi tum ad passum emittantur. H excubias duabus aut tribus longo intervallo emissis, frequenterque commutat.

65 Si quos ad praedam emisseris, hi soli exeant. Sin quidam ex militibus illis admitti fuerint, propria tua auctoritate mandatum divulgari facies, ut nemo alius praeter eos, qui constituti sunt, ad praedandum exeat. Post hoc mandatum si qui transgressores fuerint, capiantur, & ad suos ipsorum praefectos mittantur, ut ab illis castigentur, ne si himpuniti sint, reliqui, cum securitate quadam ad praedandum excurrerent, deserant exercitum, atque in periculo exercitus se relinquant.

66 Excipite, diligenter providebis, ut si vinum an panis inveniatur, non consilium edant aut bibant, nisi capitibus prius exploraveris, utrumne salubria atque integra sint: quod si ita esse inveniatis, tum fruantur illis milites. Sed neque aqua, in puteis, aut cisternis, aut aliis in vasis, nisi explorato utantur: saepe enim veneno hujusmodi insciantur, & lethalia sunt.

67 Hordeum enim saepe sic veneno imbutum inveniebatur, & cum reliquo pabulo deficerent milites ad equos asportando, inde pabulantes, equisque afferentes, complures equos perdidertunt.

68 Praecipies etiam exercitui, quemadmodum in capite de itinere faciendo explicuimus, ut si saepe nullus aliquis, aut perturbatio in exercitu fuerit, ne huc, illucque exercitus circumfuset, & circumferatur, sed illuc ruant omnes, ubi tumultus est: ex eo enim fiet, ut adversus hostes parati sint, si qui tale contingat, neque confuse inter se, aut perturbate misceantur.

69 Excubias quando in hostilem terram immitis, non solum in anteriorem partem emittas, eamque tuto conservabis, sed etiam a tergo expeditos, armatosque milites, id est, idoneas copias aliquo cum honesto praefecto instruas (qui *προσφυλακας*, id est, tergites nominabuntur) ad decem, vel quindecim miliarium intervallum cum excubiis accuratis collocabis, propter eos, qui vel per insinuatem, vel alia de causa tardantur, & deseruntur ad exercitum, ut ne hostes subito irrumpentes illos interceptant.

70 Incurfiones enim ab hostibus tum fieri consueverunt, quando securae, & sine timore transeunt hostes, & qui anteriore in parte sunt, posteriore partem minus juvare possunt.

B 71 Hoc si nostra in regione feceris, haud inutile fuerit, multis praefectum hinc, illucque palantibus militibus, & praeter praefectorum suorum mentem a statione sua recedentibus: ex eo enim cognoscet, qui milites in ordine fuerint, & qui a statione sua recedant.

72 De locorum angustis, & difficultibus ad transeundum locis, mentionem fecimus in cap. de itinere faciendo, quare de illis iterum verba facere supervacaneum est, cum inde harum rerum petere potius cognitionem, ut ne temere, & inconsiderate condensa, difficultaque loca transire coneris.

73 Sin aliqua necessitas impellat, quemadmodum in cap. de itinere faciendo praescripsimus, ea cautio adhibenda est ad ea loca praetergredienda, maxime si in hostili terra fueris, hostesque immincant.

74 Si hostes in terram vestram irruperint, ne coram & aperte cum illis dimices, si vel aequales hostium copia tuis fuerint, sed insidieris, struclis insidias, & aliis molitionibus, C sive noctu, sive interdii, viaeque illorum obstruas, munitionesque anticipes, vel per pedes, vel equites, vel per utroque, & pabulum in medio hostibus positum populare.

75 Si cum hoste confingere cupis, tum potius facito quando ad praedationem redit, quam cum ad praedandum discedit: tum enim in praeda occupatus est, & praeterca labore lassatus: idque potissimum si prope tuos fueris, tum enim cum illis confinges, si quando tibi videbitur confisendum.

76 Qui enim sua ipsius in terra est negligentior ad pugnandum est, & multas occasiones habet, vel se servetur, vel periclitetur. Qui vero alienam terram invadit, & depopulatur, si in tali perturbacione fuerit, in magnis arumnis est, hoc secum reputans, fugam, & tergiversationem non modo periculum, verum etiam interfectionem asseret.

77 Te ipsum ab omni vulnere, offensioneque integrum, securumque servabis omni loco, & tempore, hostibus potissimum imminetibus. Hoc enim diligenter observato, neque se hostes ad depopulandam regionem nostram facile dissipant, neque facile munitionem aliquam obsidendo oppugnant. Exercitum enim nostrum colligi, congregarique unum D in locum existimant.

78 Quanquam autem constitutum tibi sit minime te velle, cum hostibus confingere, assumulato tamen id te velle facere, & apparanda tibi omnia sunt, opinioque afferenda tunc cum illis dimicationis. Hoc autem illi audientes magis excruciantur, vexabunturque.

79 Si hostibus vestram in regionem irrumpentibus, locus, & situs regionis illorum ad incurfionem idoneus est, per alium locum contende magis exercitum ducere, ut hoc modo magis hostes perturbes.

80 Omnino autem, quemadmodum dixi, & situm adverte, & intervalla, ut si incurfio nostra cognita hostibus fuerit, & imperium in eos conatur hostes facere, exercitus noster per alias vias securus discedat, ut ne hostes irrumpentes in conspectum illorum veniant.

81 Tale quippiam Nicophorus Dux noster fecisse memoratur. Nam cum Apulphar Saracenorum Dux Cappadociam depopularetur, ipse Tarsum, universamque Cicilliam vastabat, multa damna Saracenis inferbat.

82 Hostibus regionem tuam, si id ita contingat, incurfan-

tibus, omnia, quae necessaria sunt, ad munitiones, castralla, & loca ad capiendum difficilia conferantur: jumenta autem E omnia ex ea parte regionis amendantur, ut nec si ab hostibus capiantur, fortiores hostes faciant.

83 Si plebs res, bonaque sua ad loca, quae munita, fortiaque videntur esse, non tamen sunt, adduxerint, providentia tua efficiendum est, ut ad fortiora, munitioraque loca traducantur, ubi secura illis rerum suarum custodia erit.

84 Quaecunque natura minus munita sunt, vel castella, vel alia loca, firmanda jam sunt: & si partem aliquam exercitus sui ad ea oppugnanda hostes reliquerint, occulte ad repellendos, ulciscendosque eos, quosdam emittes, neque hostes permittas liberè pabulari, sed eos, qui pabulum eunt, adoriaris, & capias, atque adeo hostes affliges.

85 Atque haec quidem de incurfionibus, sive tu in hostilem terram irruperis, sive hostes etiam invadant, satis nobis dictum fit. Nunc alia, quae ad malitiam pertinent, explicanda sunt, atque hoc in primis, quemadmodum speculatores in hostilem terram immittere, & quemadmodum hostium speculatores in exercitu nostro clam latentem exquirere possumus.

Ex editioe nupera Joam. Meursii Batavi.

* MILITARIUM PRÆCEPTIONUM AD disciplinam militarem, & artem pertinentium feries. Quam etiam tradidit filio.

1 Leo Imp. Deinceps post haec praepcepta, institutionesque, in has sententias diligenter intueberis, quas ex multis, & antiquis de re militari libris collegimus, & hic brevitate causa collocavimus: ex his enim ad majorem rei militaris scientiam pervenire poteris, quemadmodum Sapiens Rex Proverbum confidentissimus dicit: Haec enim, si sapiens vir non adfir, sapientiozem tamen te facient.

2 In primis autem aliquod negotium susceperis, ne te ab his segreges, qui laborem alicujus rei conficiendae suscipiunt, sed & ipse quoque laborabis, & illos quantum potes in opere faciundo promovebis, sive fossas ducas, sive eas ductas exagres, sive obsidionem, sive armorum apparatum, sive machinationum instructionem adhibeas, sive castralla capiendi tibi sint fide aliquod opus publicum, atque utile cogitaveris, aut in exercitum, aut in civitatem faciendum, hoc primum tuis manibus incipias: nam illi in pudorem concitentur, nisi in opere diligentes fuerint, & alacris tibi obtemperabunt, & negotium susceperum facilius conficietur. Sin aliqua commectus inopia exercitum vexaverit, primum tu temperantiam, ac moderationem invidis demonstrato, ut reliquis militibus leviozem, & faciliozem rem non necessariam perpersionem efficias. Sed in cominus confendis manibus, a dimicatione te ipsum tertiae, ut confilio, & descriptione rerum, reliquaque administratione, in ipsa temporis opportunitate exercitum juvare possis. Neque vero incursumpsecte, aut periculose, nisi necessitas vehementer urgeat, cum hostibus confervas manus: non enim tantum, quemadmodum supra dixi, pugnano aciem adjuvabis, quantum cadendo lades. Quod futurum est autem, incertum est.

3 Mores tui, & rerum agendarum studium militibus tuis legis vice sint: ita enim, qui tibi subiecti sunt. Imperatoris tui virtutem animo repetentes, Deum colent, imperata facient, & ea quasi divinitus propostia explebunt.

4 Ubi militum magna multitudo unum aliquem in locum convenierit, illorum delicta leniter, & sedato animo feras, neque judicia nimis severa, crudeliaque facias, ut ne communis H dolor in magnam perturbationem, & ordinis confusionem illos commiciat, sed pedetentim in autores horum flagitiorum animas vertere oportet.

5 Sobrius, ac vigilans sis Imperator, tum multis aliis de causis, tum vel maxime, ut in victu simplex, in reliqua vita militibus tuis expositus sis. Paternum geras erga illos adfectum cum omni lenitate omnia tum facito, tum dicito, nisi necessaria aliqua causa te ad severitatem vocet. De rebus necessariis semper per te apud illos verba facias. Procurabis etiam, ut nulla cura rerum necessarium sollicitetur, aut commectus, aliorumque inopia premantur. Neque enim ordine aliquo contineri possunt, nisi haec necessaria omnia illis ad manum sint. In justis supplicis inferendis terribilis, alius sis ut initia, & causas tantum, & seditionum praedicas, neque expectes, dum in majus crescant: Haec enim Imperatoria virtus est, constantem, & iustum militibus videri, & ex suis finibus injustitiam omnem expellere, injuriosos homines coercere, mites municipeque suos totos ab aliorum insultibus conservare.

6 Neque humanitas, neque severitas importuna, sed digna Imperatore sit, & omnia opportunè dimittatur, atque ita supplicia inferat, & agentis animum, tempus, locum, modum rei gerendæ, causam, ipsius rei gestæ magnitudinem consideret, & pro istarum rerum ratione puniat.

7 Magna Imperatoria laus est, temperantem in victu, & vigilantem esse: noctu enim de rebus gravibus magis delibermus, faciliusque noctu concluditur, quando animus ex omni externo rerum tumultu quiescit.

8 Alia inimicis dicitur, alia ipse facit. Res graves, atque secretas cum multis ne communicas, sed paucis, iisque fidelioribus amicis tuis. Ita enim hostes decipere, sapè necessarium esse diximus.

9 Tardè, ac circumspèctè deliberat, & ea, quæ deliberata, constitutaque sunt aliqua cunctatione, aut formidine non recitè, necessarium cum primis est: timor enim non solum tuta res non est, sed etiam rebus bonis inventis adversissima est.

10 Neque rebus prosperis effertur, nec adversis deiici, firmi animi, constantique est, qui possit tuto ad omnem rerum eventum consilium ex tempore capere.

B 11 Iisdem aggressioibus hostes semper invadere, quam illis sæpenumero feliciter usus sis, utile non est: hostes enim cum te affidè uti iisdem vident, aliquid adversum molientur, & excogitant, & permuta damna inferent tibi utenti.

12 Consilio, & prudentia Imperatoria hostes superare potius, quam manu, & vi, & pugna conferta, tutum mihi videtur esse, & utile. Illud enim ex animi sententia, & quemadmodum optimè judicaveris procedat, hoc autem semper aliqua cum offensione belli exitum habet.

13 Recitare bellum, aut differre, quoniam fama aliqua mali, aut doli, aut insidiarum procerebat, neque iustum, neque decorum est: neque contra fama hæc omnino contemnenda est, sed de hostibus, si de nostris commemoretur, sed adversum hæc omnia potius aliquid molientium, consiliumque est, priusquam ea in opus aliquid exeant.

14 Animabit milites magnopere, si belli tempore hic rumor differatur, hostes in aliis locis à nobis victos esse: ita enim fiet, ut timida mentes excitentur, & fortes magis exacuentur.

C Bonum enim nomen est victoriæ omen, & felicitatem ejus à Deo capimus.

15 Hostes decipies, si per profugos tuos contraria iis, quæ facturus es, aut deliberas facere, narraveris: si enim non credant, negligit: sin credant, ab eo tamen, quod tu proposuisti, aberrabunt, & consilia, quæ tu susceperis, proficient, illorum autem conatus iriti erunt.

16 Infortunia, & si quæ alia hujusmodi in exercitu accidunt, occultare, & quæ veris contraria sunt militibus divulgare, consilii Imperatorii, & prudentis viri est, qui dejectos militum animos sublevare possit.

17 Exercitui jam superato robur asserere poteris, si variis modis, si spe bona, tum re, tum verbo illos pertractes: explorare enim, & vehementer insultare iis, qui jam offensionem acceperunt, animorum debilitationem, desperationemque affert, quod in primis mihi periculofum, noxiumque esse videtur.

18 Quando belli tempore à militibus aliquid peccatur, dissimulandum ad tempus, & tegendum est: post belli exitum auctores seditionum si cognoscas, pœna illos iusta afficias.

D 19 Militum ignavia dissimulanda, non exprobranda est, ne animi illorum concidant admodum, ac quotidie magis, magisque debilitentur.

20 Magnam animi perturbationem hostibus tuis iniicies, si post bellum, ubi commodissime poteris, tuos in proelio cadentes congregaveris, hostium cadavera inspulta jacere permittas, ac securè iterum discedas, si opportunitas talis incidat, & id clam hoste facere poteris, si signes multos uno in loco accenderit, & alio in loco ipse requieveris. Hostes enim ad ignes accedunt, & decipiuntur, tu verò, quod proposuisti, efficias.

22 Ut dissensionem, & suspitionem inter primarios, & optimates belli iniicias, quando agros hostium popularis, illorum agros non vastabis, sed quadam cum illis signa amicitiae, vel per literas, vel aliis modis ostendens. Hoc idem facies per captivos, quos ad exercitum suum iterum remittis, occultè illis secreta quædam narraveris. Hæc verò si sapè abs te fiant, quanquam dolus hostibus solum, atque illisio fiant, in suspitionem tamen, & dubitationem quadam illorum incidit.

23 Deditioem hostium abs te obsecrorum faciliè comparabis, si sagittis literas alligaveris, quas in civitatem, aut muni-

tionem iacis, & libertatem illis, securitatemque promittas. Hoc idem feceris, si per captivos illis libertatem promiseris.

24 Neque hostium humanitas, neque discessionis, & fugæ simulatione decipiaris: dolosa enim hostium sunt consilia, & ad suam utilitatem hostes omnia excogitant. Itaque utilitas illorum tibi magna offensionis erit: & dolus illorum, noxa tua erit.

25 Suspicionem esse debet hostes per ea loca insequi, quæ ad insidias capiendas opportuna sunt: quare recedendum celeriter est, & incurfio impetuosa facienda est ad tempus, quod consilium Imperatorum laudandum in primis est.

26 Suspicionem timoris habet cunctatio, & pallor: ubi igitur tales videris milites, à dimitatione prole illi illos temoveas, ad opus aliquid necessarium faciendum amandabis.

27 Castra munire semper tutum est, amicitia, pacisque tempore. Si prope hostes fueris, fossam circumdacta, vel ex lapidibus, vel ex lateribus circumvallata, & ita castra tua in tuto ponas. Si enim aliquid adversum contingat, minus Imperatorum erit dicere aliquid non putaram.

28 Quando sine deditioem hostium civitas aliqua, aut munitio capiatur, jube aperiiri portas, ut multi affugiant, & non in summam animi desperationem cadant. Hoc idem fossato hostium capto præstabis. Necessarium autem hoc est, & securum in primis ad captivos retinendos.

29 Suspicionem conditionis, & opinionem falsitatis iniicies hostibus de iis, qui abs te ad eos profugerunt ut illis vel dissident, vel interficiant, si literas ad eos miseris, ut statim post has literas perlatas hostes invadant, & conditionis tempus inter te, & profugos, cætera que probabilia consilia videantur. Hoc pacto fiet, vel ut in custodia teneantur profugi, vel ut si des illis non habeatur, vel ut ad te iterum redeant.

30 Timiditatem militum tuorum in aliqua necessaria, & nec opinata incurfione hoc modo explorabis, si miseris, & eos, qui debiles equos habent, jubebis ab aliis separari: timidi enim, vel valetudinem, vel eorum imbecillitatem simulabunt, & atque adeo ab hac bellica incurfione separabuntur. Tales vel ad castris, vel alterius munitiois custodiam, vel ad alios usus securos emittes, ut ne ignavia sua etiam strenuiores milites labefactent. Sin acie jam instructa ad prælium mandaveris, ut qui præstò divedere vult, discedat, & qui vult illius locum ingrediatur, non modo timidos milites cognoscas, sed etiam fortes, strenuosque scies. Timidi enim initio proident fe, priusquam bellum incipiat, fortes autem post bellum inceptum sumul periclitari cupient.

31 Temporis opportunitas, nisi aliter necessitas urgeat abs te conservanda est, atque adeo hostes invadant, ut neque tui commeatu deficiantur, & hostes magis venter omni labore, & agris jam depopulatis.

32 Victis jam hostibus idonea à te custodia ad tuos defendendos collocanda est: vitandæ enim subitæ incurfiones hostium sunt: non enim quiescent hostes ullo tempore, sed belli offensionem, occasione sibi ad res melius, & cautius gerendas accipiunt.

33 Hostium legati, quamvis magnitudine copiarum admodum valeas, abs te minime violandi sunt: sociali enim modo adsunt tibi, & quanquam ab hostibus mitantur, seipfos tamen quodammodo in manus tuas tradunt. Sanctum, & iustum quod est, erga omnes servandum est. Alias enim de sua salute laborantes Legati nunquam ad te venient, & legationis genus ipsum apud omnes nationes minus utilitatem erit.

34 Quando magnis cum copiis civitatem, aut castellum obsides, castra tua haud munita custodis relinquere non oportet, neque solo vallo, aut fossis ad custodiam contentum esse, sed & excubias habeas accuratas, & exercitus tuus ad portas civitatis sedeat, propter excursions, quæ è portis fiunt, & propter irruptiones, quæ ab locis eò confluunt.

35 Proditores quidam per sepe in exercitu tuo esse timentur. Ut igitur ex iis utilitatem capias, percommodum fuerit contraria eorum, quæ facturus es, illis narrare, ut hoc modo deceptis hostibus facilius, & melius consilia tua procedant.

36 Sine ingenti utilitate, aut necessitate periculum ingrediendum non est. Qui enim talia suscipiunt pericula, similes hominibus sunt, qui aurum impostura incendant, & propter coloris solum suavitatem aurum hoc possidere vehementer cupiunt.

37 Vigilans, & sobrius in omnibus rebus gerendis, & adversus omnes hostium aggressiones sis, ut neq; intermissionis belli tempus, socordiae tempus putes, neque ante pacis per-

the tempus ullam rem tibi negligendam arbitraris, sed hostium insidias sedulo vitabis, & prudenter illorum perfidiam qualis sit, cogitabis: ubi enim malum acceperis, hæc sera penitentia nullum momentum asserere potest.

38 Qui ad te ab hostibus profugerunt, faciliè tibi hostium consilia nunciare possunt: sed certius cognoscas, si qui in incurfionibus à te capti sunt, ad te de hostibus aliquid referant. Quod si quæ à transfugis, & captivis dicuntur, conveniant, veritatem magis eorum, quæ quaruntur, intelliges.

39 Nullo modo, nullave de causa jusjurandum hostibus firmatum violes: magnam enim malum perjuri crimen est. In quibus enim rebus Deus intercedit, firma necesse est pacta esse. Ignominia enim magna est Romanæ ac Christianis, si cum reliquæ nationes jusjurandum, fidemque conservant, si perfidi Deo intercedente, ac mediatore deprehendantur.

40 Vallo, aut fossa circumfictus, si quando res exigat, ne in sola munitione spem salutis reponas, quasi ad te defendendum idonea, sed secundum Deum armis tuis confidas: neque quamvis tutissimè in loco fueris, cætera arma contemnas, si verè Romanus sis. Prima enim, & extrema vero militi B salus erit armorum suorum cura, & conservatio: reliqua omnia præter hoc plebeja, & vulgaria existimanda sunt. Antiquos enim Romanos murorum vice fossam, & arma usurpassè legimus. Et Lacedæmonius miles olim interrogatus, ubi ditionis suæ terminis essent, dixisse fertur, hic, hæstam vibratam manu ostendens.

41 Adhortaberis milites semper, ut ita parati sint, ut omni tempore, sereno, pluvio, noctu, interdiu, ubi usus fert, adversum hostes instruantur: talibus enim temporibus ne horam quidem aliquam constitutam assignare oportet, ut in promptu omnino sint.

42 Victoria tibi in publico prælio à Deo obiecta, si forrè hostes, vel ad vallum, vel ad aliquem munitum locum confugiant, nullum relaxandi tempus illis tribue, sed terrore recentis impendere illos adoriens, ne relaxatione aliqua illis concessa, firmiores, & paratiores fiant ad victoriam amissam quantum possunt recuperandam.

43 Si quis servi hostium ab illis ad te confugerint, ne quovis statim recipias: sapè enim ab hostibus dolo mittuntur quasi servi, & cæterarum rerum gestas, atque adeo illis, qui se recipiunt, insidiantur.

C 44 Cavendum sedulo, observandumque est ab iis, qui ab hostibus ad obsecras urbes vestras dilabantur: sapè enim hujusmodi civitates solent incendere, & civibus in restringenda flamma occupatis, obsecros civitatem melius invadunt.

45 Bello proposito si speraveris te habilem ad oppugnandos hostes esse, illarum in regione prælium committas: hoc enim magis idoneum erit, quam si tu in ipsas regiones pugnes, & animos tuorum strenuiores facit: & de sua natione bellum non erit, sed de sua ipsorum salute. Noventur enim, se, si non strenuè, atque alacriter in bello cum hostibus dimicent, in fugam vertendos esse, & de salute sua nullam spem esse posse. At regione in sua contra sperant: nam & fuga salutem quaerere se posse sperant, & ad munitiones venire, quibus serventur: atque adeo, cum strenuè hostibus resistere non necesse habent, ad fugam securam le convertunt.

46 Ubi belli nulla perturbatio est, non otio torpescant milites, sed hæc agant potius: oculum enim militibus magnarum seditionum, & turbarum causa est.

47 Colendus omnino Deus est. Bellorum autem in exordiis maxime illum veneraberis: si enim illum colueris pure, ac religiose, sicut fas est, in omnibus periculis, & perturbationibus supplicabis illi quasi amico, & salutem ab illo comparabis.

48 Vigilans Imp. & exercitum suum contentione corporis & laboribus occupatum tenens, minus in omnibus bellicis moribus periclitabitur.

Milites in prælium educendi non sunt priusquam illorum periculum feceris, sed cognoscendas uniusquisque miles est, quam ad tempus, & qua in acie sit utilis, itaque instrudendus est.

49 Hæc sola adversus hostes delibermus, quæ incognita illis sunt, antequam à nobis gerantur: si enim aliquam harum rerum notitiam habeant, faciliè adversus conatus nostros aliquid molientur.

50 Dolis, incurfionibus, fame, hostes lædendi, vexandique sunt, & crebrioribus aggressioibus, insultibusque adoriendi: neque ad commune, publicumque prælium evocandi, vel valere fortunæ instabilitas solet, potius quam ulla virtus constantia.

51 Milites laboribus assuefacti strenuiores indices fiunt, L. B. Theat. vir. Human. Tom. V.

ociosi autem magis, ac magis debilitantur. Efficiendum igitur est, ut laboribus exercitati sint, quemadmodum tibi aliis E præscriptum.

52 Ad omnes vite partes, præterquam in bello, incallidum te esse præcipimus. Ibi autem & in istis Imperatoris consiliis dolus adjuvat, ubi hostes eo decepturus es.

53 Cognosce, & expendæ tuas vires, atque hostium diligenter, hoc si feceris Imperator, & singula diligenter, fideliterque perlustraveris, ægrè in bellicis rebus superaberis, aut expugnaberis.

54 Fortitudine, ac instructione militari longè majores res in bello geruntur, quam multitudine militum ignavorum confusa.

55 Locorum situs sapè pugnantes vehementer juvant, & imbecillioribus victoriam promovent. Itaque in locis te ad pugandum præpares, in quibus cognoveris exercitum tuum meliores, hostium autem deteriores habiturum.

56 Imperatoris solertia generosos milites reddit: natura enim paucos fortes creat, cura autem, & industria, si Imperatoria solertia adjuvantur, multos strenuos facit.

57 Bonum mihi videtur esse iustum habere causam bellam F di: nam qui injuriam illatam propulstat, hic iustus est, & divinam justitiam adjuvanteem habet, dum injurias homines repellit. Qui verò primas injuriam intulerit, divina vindicta, ac justitia à victoria belli abest.

58 Circumspèctè post victoriam hostes inspegaris, neque dissipatis copiis tuis illos in acie instructa fugientes persequaris: qui enim hoc facit, victoriâ suam hostibus prodi: nam hostes acie instructa conversi in tuos confusus, & disiectos insequentes, faciliè te superabunt, & momenta victoriæ ad te transferent.

59 Hostes maxime expugnabis, quando in locorum, temporumque opportunitates, & hostium pugnantium vires intueris, atque ad omnem utum bellicum consilia, conatusque tuos conferas.

60 Neque congregare simul exercitum consilii causa par est: neque idoneum, ut singulos ociosos milites, & nulla in re occupatos ad te voces, atque increpes: hæc enim seditionis, & importunitatum turbarum causa est. Magna prudentia Imperatoria est, quando sis locis ad regionem suam defendendam utitur, qui minores, & non plures propriis copiis existunt, quousque alias inimicos sibi maxime futuros arbitretur, ne si plures fuerint, & inter se consenserint, eam invadant regionem, & superent, propter quàm in societatem tuam asciti sunt. Qui verò pecuniarum causa pro te periclitari volunt, fortassis majoris summa causa contra te ex contraria parte dimicarent.

61 Quando exercitui commeatum, & res necessarias non præparatas, faciliè absque hostibus superaberis: gestas enim & inopia commeatum, tum milites tum equos etiam contabefacit.

62 Si quando equestribus copiis tuis fretus es, & iis in primis, qui hastati sunt, angusta, atque inæqualia loca devita, & loca plana, expostaque exquire, hæc enim sunt iis, qui sic instruantur, idonea, ibique committe prælium. Sin pedestribus copiis fretus sis, inæqualia, condensa, & asperiora loca elige, & in illis bellum geras.

63 Si de te, tuisque copiis adversum hostes aliquid deliberaveris, & consilium tuum hostibus patfactum esse intellexeris, omne consilium tuum, quod intenderas, si ve in acie instrudenda, si ve in aliis præceptionibus, formisque sit, repudiato.

64 Cum plurimis de rebus gerendis delibera: quid tuispe facturus sis, cum paucis, iisque fidelibus admodum communica. Quid verò potissimum factu sit, & quod ex omnibus consilium est optimum, apud te ipsum solum ferva.

65 Ut exercitus integer, ac sine ulla perturbatione sit, vel eò exercitum ducito, ubi commeatu rerumque necessarium abundantia est, aut ipsum commeatum, & res necessarias exercitui apportabis.

66 Non per speculatores solum perlustranda via exercitus tui est, sed & tu Imperator, si commode, & clam poteris tuis ipsis oculis omnia loca pervestigare: neque vias solum, sed etiam hostium adventantium multitudinem, & illorum aciem, ut inde tu instructus possis ad tuorum salutem, & hostium offensionem omnia excogitare.

67 Formidinem militum, ac animorum demissionem ad magnitudinem animi revocabis, & artibus variis, ac modis illis exsuscitabis, interdum oratione, interdum donis sublevaris, & abjectas illorum mentes ad aliquam tranquillitatem, ac strenuitatem eriges.

68 Aliqua etiam factorum temporum, atque astyrorum religio sit, & conserventur, qui ad ea loca profugerunt: neque tu, Ff 2 neque